Google

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Gp
95
242

Gp 95.242

Harvard College Library

FROM

By exchange.

9 Oct. 1895.

DE RATIONE,
QUAE INTERCEDIT INTER SERMONEM POLYBII ET EUM QUI IN TITULIS SAECULI III, II, I APPARET,

DISSERUIT

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE IMPETRANDOS

OTTO GLASER,
BUDINGENSIS.

GISSAE MDCCCXCIV.
TYPIS OFFICINAE AULICAE ET ACADEMICAE
CURTI DE MUENCHOW.

Gp 95 .242

Harvard College Library
By Exchange.
19 Oct. 1895.

Ut appareat inde ab initio, quorsus spectet huius disputationis summa, neve videar farraginem magis congessisse singularum observationum quam certo quodam fine ac consilio ductus esse in disserendo, paucis praefari libet de controversia tractata illa quidem saepissime a viris doctis sed etiamnunc perquam longe a prospero exitu remota; quae est de lingua κοινῆς nomine appellata.

Usurpamus nos hanc vocem ad significandum graecum sermonem eum, qui post Alexandri fere aetatem fungi coepit vice veterum dialectorum peculiarium, quae in dies magis evanescebant non e litteris solum sed etiam ex oribus, ut videtur, graecorum hominum eruditorum. Neque iniuria inductam esse illam potissimum appellationem, facile concedet, si quis secum reputaverit, quantopere novum istud dicendi genus, cum antea per locorum differentias summae apparuerint singulorum sonorum et formarum varietates, ipsis hisce in rebus in universum praebeat speciem unitatis ac communionis. Nihilo tamen minus fuere nostris temporibus*), qui veram κοινῆς proprietatem ita non crederent positam esse in illa, quam dixi, aequalitate, ut cerni eam mallent in elocutionis quadam dissimilitudine, eaque non tam e temporum distantiis explicanda intercedentibus inter singulos κοινούς, quam ex

*) cf. Bernhardium, gr. Litt. I[4]. p. 498, sqq., praecipue p. 517. Ceterum similiter, cum aliis in rebus abhorreat a Bernhardii sententia, iudicasse videtur:

Steinthal, Gesch. der Sprachw. p. 386, sqq.

1*

Gp 95.242

Harvard College Library
By Exchange.
19 Oct. 1895.

Ut appareat inde ab initio, quorsus spectet huius disputationis summa, neve videar farraginem magis congessisse singularum observationum quam certo quodam fine ac consilio ductus esse in disserendo, paucis praefari libet de controversia tractata illa quidem saepissime a viris doctis sed etiamnunc perquam longe a prospero exitu remota; quae est de lingua κοινῆς nomine appellata.

Usurpamus nos hanc vocem ad significandum graecum sermonem eum, qui post Alexandri fere aetatem fungi coepit vice veterum dialectorum peculiarium, quae in dies magis evanescebant non e litteris solum sed etiam ex oribus, ut videtur, graecorum hominum eruditorum. Neque iniuria inductam esse illam potissimum appellationem, facile concedet, si quis secum reputaverit, quantopere novum istud dicendi genus, cum antea per locorum differentias summae apparuerint singulorum sonorum et formarum varietates, ipsis hisce in rebus in universum praebeat speciem unitatis ac communionis. Nihilo tamen minus fuere nostris temporibus*), qui veram κοινῆς proprietatem ita non crederent positam esse in illa, quam dixi, aequalitate, ut cerni eam mallent in elocutionis quadam dissimilitudine, eaque non tam e temporum distantiis explicanda intercedentibus inter singulos κοινούς, quam ex

---

*) cf. Bernhardium, gr. Litt. I⁴. p. 498, sqq., praecipue p. 517. Ceterum similiter, cum aliis in rebus abhorreat a Bernhardii sententia, iudicasse videtur:

Steinthal, Gesch. der Sprachw. p. 386, sqq.

vario uniuscuiusque litterarum studio arbitrioque tum quidem certis legibus grammaticis minus obnoxio. Quae sententia quonam quasi fundamento nitatur, cum per se minus eluceat, certis verbis ab ipso Bernhardio declaratur; dicit enim v. d. p. 514: Man muss nun hier sich vergegenwärtigen . . . dass . . damals alle Voraussetzungen einer Schriftsprache fehlten. Videmus igitur, secundum Bernhardium etiam*) scriptori, qualis erat Polybius, cum omnino non praesto fuisset vivus, ut dicitur, quidam sermo tam copiosus, tam politus, tam certis regulis astrictus, qui plane ad libros conscribendos posset vel deberet adhiberi, undecunque acquirenda fuisse — peculiari, priusquam ad scribendum accederet, labore — quae explerent linguam atque excolerent, eidemque in arte maxime syntactica liberrimum fuisse arbitrium.

Longe alia esse videntur, quae nuper prolata sunt de hac re iudicia. Etenim cum iam Bernhardius concessisset, communem fuisse omnibus κοινοῖς certam quandam copiam novarum vocum et structurarum e Macedonia, ut putavit, oriundarum, eamque tamen satis artis finibus circumscriptam, nunc, quicunque illam quaestionem attigerunt, magis animos attenderunt ad rem quandam iampridem perspectam:

Iam abhinc fere quinquaginta annos Letronnius (Rec. des inscript. grecques et latines de l'Égypte, I p. 244 sqq.) exposuerat haud pauca, quae peculiaria esse crederes Polybianae tantum elocutionis, occurrere etiam in titulo Rosettano anno 196 a. Chr. exarato (CIG. 4697); similia adnotaverat Le Basius (inscr. grecques et lat., V cah. p. 85, 88 sq.) ad titulum Adramyttenum, qui nunc exstat CIG. add. 2349[b] (I saec. a Chr.), et post eum Rangabéus, ant.

*) iam hoc loco, quicunque haec legit, bene velim teneat, aliter me iudice rem se habere apud Polybium et eius consimiles, qui tunc fuerunt, aliter apud posterioris aetatis scriptores, quorum quemque suum dicendi genus ipsum conflasse notissimum est imitandae veteris elegantiae studio ductum.

Hellen. vol. II p. 272 ad Eretriensium decretum saec. II (no. 689), Duchesne-Bayet (Mém. sur une mission ... p. 85 sq.) ad Letaeam inscriptionem anni 118 a. Ch. (Ditt. 247), Cousin-Diehl (Bull. XIII p. 340) ad titulum Erizanum (?) c. ann. 115 a. Ch. exaratum (ibid. p. 336). Ad quae satis dispersa et latentia accessit a. 1879 (Wien. Stud. I p. 32 sqq.) egregia Jerusalemi commentatio ad id ipsum praecipue a viro doctissimo conscripta, ut demonstraret exemplis e titulo Sestino (Ditt. 246, paullo ante 120 a. Chr.) depromptis, apparere apud Polybium et in eiusdem aetatis inscriptionibus diversissimis quidem in regionibus compositis sermonem communione insignem permultarum vocum aut omnino novarum aut conversarum in notionem novam.

Quae cum ita sint, minus iam arrisisse Bernhardii illam sententiam viris harum rerum intellegentibus non est, quod miremur. Et profecta sunt, quae mihi innotuerunt recentiorum temporum iudicia*) inde, quod plane contra Bernhardium crediderunt v. d., fuisse etiam post Alexandri aetatem altioris cuiusdam sermonis habilisque ad usum litterarum vigorem, ut ita dicam, et incrementum. Nova autem inde nata est difficultas; exstitit enim quaestio, unde maxime initium traxisse putandum sit illud dicendi genus, et quibusnam ab hominibus praecipue videatur esse excultum et divolgatum. Ad quae tam breviter quam confidenter respondit Wilamowitzius l. l.: ein Volksidiom ist im Orient zum Rang einer Schriftsprache erhoben worden . . . Jonier waren die Colonisten des Orients; sie schufen die κοινή. Nec multum differt, quod Schenkelio l. l. visum est de hac re, ita tamen, ut addat v. d., factam esse novam illam dialectum „mit Anschluss an das Attische“, idemque adiciat, plurimum valuisse ad propagandam eam ac corroborandam, quod recepta esset in

*) Wilamowitz, p. 40, Verhandl. der XXXII. Philologenvers. zu Wiesbaden; Schenkl, p. 233, Burs. Jhber. XXXVIII; Krummbacher, p. 434, Münch. Sitzber. 1886.

communem usum magistratuum*). Multo cautiore utitur iudicio Krummbacherus l. l., quod quam iustum locum habeat in re tam difficili atque obscura vix potest satis dici.

Itaque ut ego quoque abstineam nimia coniectandi libidine, satis habeo hoc loco breviter monere, et quae iam pro certo affirmare posse mihi videar et quae, cum in dubio me iudice adhuc versentur, diligentius credam esse indaganda.

In universum Bernhardio facile concedo, quandocunque suum quisque sibi paret scribendi genus imitanda veterum elocutione, tum intercedere inter omnes summam orationis dissimilitudinem eamque maxime apparentem in eligendis verbis ac construendis. Ac quae disseruit v. d. de κοινῶν sermone, haec si quis dicta esse velit solis de Atticorum imitatoribus, qui posteriore aetate floruerunt, equidem ita non repugno, ut omnino κοινήν quandam dialectum tunc quidem scriptoribus eruditioribus in usu fuisse fortasse negaverim; sin autem de Polybio eisque, qui tunc scripserunt eadem valere contendat**), haec habeo, quae contra moneam: A primo quidem notissimum est, eam rationem consuetudinemque, qua Atticistae illi perducti sunt ad imitandum, studium dico Atticae elegantiae, nondum exstitisse Polybii aetate. Putemusne ergo cum Bernhardio, propter egestatem linguae eos, qui tunc scripserunt, necessitate quadam esse coactos, ut multa lectione explerent maxime copiam verborum? Estne verisimile, nullum fuisse communem in scribendo usum proprium illius aevi? Certe haec nobis probarentur, si reapse in eis, quae ad nos pervenerunt litterarum monumentis saec. III II I exstarent maxime inter se diversa singulorum hominum dicendi genera. Sed aliter res se habet. Hoc aliqua ex parte, ut supra monuimus, iam probabile est ex eis, quae attulerunt cum alii tum Ierusalemus; et magis elucere confido

---

*) cf. Kaelkerum, Lpz. Stud. III 2. p. 299: „fieri non potuit, quin sermo ille descenderet e curiis in usum eruditorum et scriptorum."

**) id quod etiam Stichius fecit, ut hoc tantum afferam, Acta semin. Erlang. II. p. 143.

ex hac, quam suscepi, disputatione. Operae enim pretium esse existimavi, diligentius etiamnunc inquirere in hanc quaestionem, eamque, si possim, eo perducere, ut appareat, num certa quaedam dialectus*), quae eandem, ubicunque in litteris occurrat, — etiam in verbis eligendis, scribendis, componendis — prae se ferat speciem atque indolem Polybii fere temporibus in communi usu viguisse putanda sit. Patet autem, quanam via ac ratione lucis aliquid affere possimus huic quaestioni.

Hunc enim in modum instituenda est disquisitio, ut singulas voces, formas, syntacticas, ut ita dicam, proprietates, quae alicuius momenti esse videntur ad hanc quaestionem, quam accuratissime persequamur et eruere studeamus, num aequalis earum usus appareat apud omnes illorum temporum κοινούς.

Cui rei illustrandae cum inservire consilium iniissem a Polybianae dictionis studiis profecto mihi inprimis sese obtulerunt tituli saec. III II I a. Ch. n.**), quos perscrutarer atque in comparationem vocarem. Etenim e diversissimis regionibus nobis suppeditant sermonis exempla grato animo accipienda; ac si quis certum iudicium facere vult de eis rebus, quae pertinent ad ὀρθογραφίαν vel ad σύνταξιν quaeque pessime aut satis dubie saepenumero se habent etiam in optimo quoque codice, is quin nitatur incorruptissimis titulorum testimoniis, plane fieri non potest***). Praeter titulos

---

*) „dialecti“ voci, ubicunque eam usurpavi, secundum morem bonae graecitatis auctorum indidi notionem nostri „Sprache“. Contra i. q. nos dicimus „Dialekt“ vertebam „dialectus peculiaris“ sim.

**) quatenus unusquisque liber fuit vestigiis dialecti peculiaris, nec quae aperte solius sermonis plebei ceteroquin propria erant, prae se tulit.

***) quin liceat e titulis quasi medicinam petere Polybianae elocutioni adhibendam, eo minus dubitabit, quo quis magis hac commentatione persuasum habebit, proxime in universum ab inscriptionibus afuisse Polybii dictionem.

operam intendi papyris*); pauca tantum attuli ex illorum temporum scriptoribus eis, quorum libri integri aetatem tulerunt, Hipparcho, Gemino (?)**) Apollonio Pergensi (ed. Heiberg), veteris testamenti interpretibus, al. Hoc tamen tenendum est Septuaginta illorum sermonem, cum non careat multis vestigiis ingenii Iudaici, haud mediocriter abhorrere a ceterorum dicendi genere.

Ceterum quae ad pernoscendum delectum verborum iam collecta sunt a viris doctis Ierusalemo l. l., Kaelkero l. l. p. 300 sq., Goetzelero (de Pol. elocut.) p. 2 sq., Viereckio (Sermo graecus, quo senatus etc.) p. 72 sqq., omnia nisi quid gravius fuit addendum, me omisisse, vix debet commemorari. Quod vero nonnulla, quae ad formarum usum et verborum constructionem pertinent, cum a Kaelkero iam p. 299 sq. aut a Buettnero-Wobstio (praef. ad Pol. edit. vol. I) p. LXXV sqq. essent observata, denuo tractanda suscepi, hoc iure quodam ac fructu esse factum vel ab ipsis hisce viris non negatum iri confido. Sed quoniam in communem quandam sermonis consuetudinem, quae Polybii praecipue aetate in litteris apparebat, inquirere institui, semper, quoad eius fieri potuit, etiam id egi, ut explorarem, unde vel quando initia traxissent ea, in quibus maxime posita esse videtur huius dialecti proprietas. Atque aliqua ex parte eruere studui, quaenam vestigia exstarent popularis cuiusdam loquendi usus***).

*) eos tantum inspicere mihi contigit, qui editi sunt ab Amadeo Peyron (pap. Taur.) I (1826), II (1827); a Leemansio (pap. gr. musei Lugduni — Batavi) 1843; a Brunet de Presle (post Letronnium) (Notices et extr. des ms. de la biblioth. imp. XVIII, 2) 1865; ab U. Wilckenio (Aktenst. der kgl. Bank zu Theben) Abh. der Berl. Akademie 1886.

**) habes et Hipparchi libros τῶν Ἀράτου καὶ Εὐδόξου φαιν. etc. et Gemini (?) εἰσαγωγὴν εἰς τὰ φαινόμενα . . . in Petavii de doctrina temporum tom. III (Uranolog.), Venet. 1757, cuius operis paginas significavi in locis afferendis.

***) huc refero cum alia tum sonorum mutationes et terminationum perturbationem illam confusionemque maxime in declinatione verborum similitudine effectam, denique quaecunque „Alexandrinae dialecti" propria fuisse dicuntur.

Supra monui, maximi momenti esse ad hanc, quam tractandam suscepi quaestionem non solum titulos, si qui prorsus liberi essent omni domesticae dialecti proprietate, sed potius cunctòs, quatenus quidem unusquisque careret paternae γλώσσης dictione peculiari. Quapropter si inscriptionum saec. III II I dialecticarum, quae secundum nostrum morem dicuntur, plane habuissemus rationem nullam, vitio laboraret nostra disputatio materiae non satis copiose paratae.

Neque id mirum. Fieri non potuit videlicet, quin iis etiam in civitatibus, quae vel ad imperatorum tempora peculiares aliquot retinuerunt formas et sonorum litteras in decretis publicis, glisceret iam inde a saeculo fere III communis sermonis quaedam notitia ac familiaritas. Quod cum coniectura iam probabile sit, certa etiam observatione confirmatur. Nam omnibus, ut videtur, talium civitatum cum civibus tum magistratibus, etsi ceteroquin ab iis in scribendo quoque diu servabatur patrii sermonis quaedam species, certis tamen in rebus iisque semper fere pertinentibus ad homines peregrinos antiquitus iam merum in usu fuisse volgare dicendi genus ex hisce colligi potest inscriptionum testimoniis:

1) Bull. XIII p. 48 exstat tabula foederis Eleutherniensium cum Antigono Gonata icti, in qua Cretica haec civitas usa est sermone communi.

2) Athen. Mitt. III p. 22 habemus foedus, quod inierunt sub finem saec. III Boeoti cum Phocensibus, nulla exhibens vestigia dialecti alterutrius populi tunc ceteroquin propriae.

3) Le Bas, Voyage vol. II 340[a] (251—238 a. Chr.) in decreto Phylarchi Atheniensis in honorem composito Arcades ab usitata patrii sermonis consuetudine recesserunt.*)

---

*) Hoc enim modo explicandus est κοινῆς, qui hic exstat, usus; nec mihi fidem fecerunt, quae praeeunte Foucarto (apud LeBasium l. l. p. 194) Meisterus gr. Dial. II p. 85 exposuit: dass . . . der Text des Dekrets attisch abgefasst ist, zeigt, dass die Einmeisselung im Auftrag und auf Kosten des Atheners Phylarchos selbst geschah, der seine dem Steinmetz zur Vorlage gegebene Kopie attisch formuliert hatte.

4) Le Bas, Voy. II, 159[k] Methanenses, penes quos tunc non minus quam ceteris in Doricis civitatibus Doridis usum in litteris valuisse verisimile est*), volgare adhibuerunt dicendi genus in honoribus Ptolemaeo Philopatori tribuendis**). Neque aliter res se habet:

5) Insc. Perg. („Altertümer von Pergamum" vol. VIII 1 = Inschr. I) no. 64, quo titulo continentur honores ab auxiliaribus militibus Achivis Eumenis II decreti.

6) Bull X p. 165 (94 a. Chr.) titulus exhibet exemplum foederis inter Thyrrheos et Romanos facti, quod, cum in oppido illo Arcadico exaratum sit, nil habet dialecti achaeodoricae ceteroquin etiam tunc ab Arcadibus usurpatae (cf. Meister gr. Dial. II p. 81 et 85). Dubitanter huc refero:

7) CIG. vol. I[2] (ed. Dittenberger), no. 20, Tanagraeorum plebiscitum Megaram missum saec. II***), et

8) Bull XIII p. 68 epistulam Thebanorum Boeotorum ad Polyrrheniorum civitatem scriptam (incertae aetatis), et

9) Bull XIII 379, honores viro Larissaeo decreti a Pteleatum civitate Phthiotica (aetatis incertae).

---

*) non a Methanensibus, sed ab hominibus quibuslibet peregrinis haec decreta esse Ahrensius (Dial. II, 7), — cui tunc non praesto erat huius tituli exemplar nisi mancum Dodwelli ἀπόγραφον [= C. J. G. 1191] — coniecit. At nunc apud Le Basium dissertis verbis scriptum legimus: ἡ πόλις ἡ Μεθαναίων.

**) ne huc referrem titulum Aeginensem saec II sermone communi conscriptum, q. e. a. Hicks. a manual of greek hist. insc. no. 189 (= C. J. G. add. 2139b) me commoverunt, quae Boeckhius adnotavit ad C. J. G. 2140 (vol. II. p. 1014), κοινήν idcirco apparere in illa inscriptione, quia, qui tunc (Attali Philadelphi temporibus) incoluissent Aeginam, non fuissent Dores Aeginetae.

***) quod Dittenbergerus l. l. adnotat ad hanc inscriptionem, in medio relinquendum esse, utrum sermone vulgari ab ipsis Tanagraeis conscriptum sit plebiscitum, an Megaris e dialecto Boeotica translatum, hoc mihi minime videtur esse ambigendum. Etenim qui fieri potuit, ut Megarenses, quos Doridis usum usque ad imperatorum tempora retinuisse ipse Dittenbergerus exposuit ad no. 18 et 97—99, in sermonem communem verterent hoc decretum, non in Doridem?

Neque enim satis certum est, an quibus temporibus compositae sunt illae litterae omnino iam in scribendo quidem abiecerint Boeoti aut Phthiotici peculiaris dialecti usum*). Restat nunc, ut haec moneam:

Scaenicorum artificum, qui dicuntur, Dionysiorum sodalitates, ubicunque sedem habuerunt, adhibuisse videntur κοινὴν dialectum in decretis publicis**).

Itaque etiam titulus Argivus:

10) Le Bas II 116[a] quo continetur decretum τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας, exaratum anno 114 a. Chr. nullam prae se fert proprietatem dialecti cuiusdam peculiaris.

Amphictyonum, qui Delphos conveniebant hieromnemones, quamvis vel anno 178/7 a. Chr. nondum prorsus evanuisse constet ex eorum decretis dicendi genus quoddam consimile Doridis mitioris (cf. Bull. VII 428), tamen iam exeunte saeculo III saepius utebantur mero fere, ut videtur, sermone communi; id quod manifestum est ex inscript:

11) Ditt. 185 (paucis ante 229 a. Chr. annis), Ditt. 186, 187, 188 (228—216 a. Chr. n.), cf. Ditt. 206 (194/3 a. Chr.)***).

---

*) dignum est commemoratu, titulos Tanagraeos Cau[2] 369 et 370, quorum litteras esse aetatis Romanae, sed vetustiores aetate Christiana testatur Cumanudes (loco a Cauero allato), Boeoticam etiamtunc exhibere dialectum.

**) congessi quae maioris quidem ambitus exstant decreta saec. III II I:

Bull. IX, p. 133 decr. artificum Aegypt. in honorem Lysimachi, fil. Ptol. Philad. compositum; — Athen. Mitt. IX, 228 (= Ephem. 1884, p. 43, sqq. et 47, sqq.). Piraei rep., init. saec. II exar.; C. J. A. II, 1, 628 (aliquot annis post Sullanam cladem); — decreta τεχνιτῶν τῶν ἐπ' Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου: C. J. G. 3067—3069 (Tei saec. II); LeBas III, 281 (Jasi, 152 vel 151 a. Ch.); — LeBas II 116[a]: vide supra. —

***) quae cum ita sint, non multum tribuo iis, quae disputavit Bull. XIV, 28, vir doct. Franco-Gallicus ad definiendum terminum, post quem scriptum esse videatur decr. Amph. l. l. p. 21 A. — Quamquam num Demosthenis iam aetate sermone communi usi sint Amphictyones (quod Boeckhius contendit C. J. G. I, p. 808 ad tit. 1688) iure quodam potest dubitari. — Ceterum cf. quae disputavi p. 25.

Elucet igitur, quo magis intercesserit inter singulas civitates usus aliquis atque commercium, eo minus fieri potuisse, quin iuxta patrium sermonem ascisceretur dialectus communis. Hoc autem cum planum sit, non est quod miremur, naturali quadam vi novum illud dicendi genus vestigia sua ita impressisse linguis domesticis, ut hae primo quidem magis magisque exhiberent vulgares voces et συντάξεως proprietates, denique formas quoque κοινῆς proprias admixtas haberent aliaque, quae minime neglegenda erant in hac quaestione*).

Sed etiamsi titulos dialecticos, qui dicuntur, non minus quam ceteros adhibendos esse appareat ad hanc quaestionem, tamen, quotiens ex qualibet inscriptione aliquid elicere studemus ad illustrandum sermonem communem, non erit nullius momenti scire, quoad in universum abiectus sit in hac inscriptione usus formarum γλώσσης alicuius peculiarium.

---

*) quamquam saepe in medio relinquendum est, utrum formae, quae, cum ceteroquin usitatae fuerint in sermone communi, occurrant etiam in eiusmodi titulis dialecticis (velut ἀγή[γ]οχα cf. hui. disp. p. —), ipsis hisce locis habendae sint pro κοινῆς vestigiis in dialecto peculiari obviis, an antiquitus iam videantur γλώσσης illius propriae fuisse. Nec minus etiam in litterarum monumentis iis, quae in universum exhibent speciem meri sermonis communis, cavendum est, ne, quaecunque istic leguntur, temere attribuamus huic sermoni: habemus, ut hoc afferam, accusativi sing. contractas formas (epicas et Doricas cf. Ahr. dial. Dor. p. 237 et tit. Dor. a Ditt. in indice sylloges II p. 782 congestos) βασιλῆ, ἱερῆ, sim. tribus in inscr. lingua vulgari conscriptis, quas Blassius (gr. Gr. I 449 adn. 4) hisce verbis laudat: die contrah. Acc. form auf ῆ st. έᾰ ist in der κοινή nicht selten, als βασιλῆ Dittenb. 165 (Teos) [!!], ἱερῆ öfter [in κοινῆς monumentis?], γραμματέα u. ῆ Inschr. aus Kleinasien. Bull. XII, 88; 204.

At omnes tres istae inscriptiones in Caria compositae sunt (Ditt. 165 est Bargylietarum decr. Teium missum; Bull XII 88 ad templum Jovis Panamari rep.; Bull XII 204 Magnes. ad Mae.) nec ceteroquin, quantum scio, illae formae occurrunt in sermone communi. Quamobrem hanc vocalium ε et α contractionem non factam esse credo ex κοινῆς quadam proprietate, sed refero eam potius ad dicendi quandam consuetudinem in Caria antiquitus servatam (cf. h. d. p. 20).

Itaque ex iis, quos collegi, titulis saec. III II I*) nunc breviter conabor explicare, et quanam fere aetate singulis in regionibus constanter usurpari coeptae sint κοινῆς formae et quemadmodum antea iam appareant huius dialecti vestigia in certarum civitatum decretis publicis.

Qua occasione oblata simul monebo, quae dicenda esse videantur de graeco scribendi genere hominum non graecorum.

De eo κοινῆς usu
qui saec. III II I singulis in civitatibus apparet**).

A.

Primo loco moneo, omnia, quae ex curiis diadochorum et epigonorum prodierunt litterarum monumenta, κοινὴν exhibere dialectum.

Hasce autem congessi litteras:

Alexandri Magni (?) Bull. III p. 320. —

Philippi Arrhidaei: Hicks 125, $_{98-104}$. —

Cassandri: Ditt. 127; Antigoni I: Ditt. 126 et Hicks 125, $_{106-119}$; Philippi V: Ditt. 192, Ditt. 195; Athen Mitt. VII p. 64; —

Lysimachi: Hicks 152. —

Eumenis I: Insc. Perg. 13 et 18, $_{1-20}$; Attali I Insc. Perg. 40; Eumenis II: Insc. Perg. 157, 158 (?), 163; Eumenis II et Attali (II): Arch. epigr. Mitt. VIII p. 96 sqq.; Attali II et Attali III: Insc. Perg. 248. —

Antiochi I: Ditt. 158; Antiochi II: Ditt. 166, Bull. XIII 525; Seleuci II: Ditt. 170, $_{10-29}$; Antiochi III: Le Bas III 2713^{a}; Antiochi XIII ?: C. J. G. 4474, $_{15-46}$; —

Ptolemaei III Euerget.: Hicks 173 (monum. Adul.).

---

*) praetermisi plerosque, qui minoris ambitus sunt, titulos.

**) quae prolata sunt de hac re ab Ahrensio de dial Dor. § 1, p. 6, Franzio, elem. epigr. p. 183 al, Rainachio, traité d'épigraph. grecque p. 291 sqq. non carent gravioribus erroribus.

Nec minus conscripta sunt sermone vulgari decreta urbium Alexandri aetate aut post Alexandrum conditarum: Stratoniceae (Papers of the American School I no. 8 c. 150 a. Ch.), Antiochiae (Insc. Perg. 160 c. 175 a. Chr.), Thessalonicae (Bull. X p. 127 sqq. v. 46 sqq; sub. fin. saec. III), Arsinoës Cypriae (Le Bas III 2781 sub. fin. saec. III), Pergami, urbis a Lysimacho si non conditae, at tamen valde auctae novisque incolis frequentatae [Insc. Perg. 5, $_{1-13}$, temporibus Lysimachi aut Philetaeri; 18, $_{20-39}$; 156; 167; 224 A; 245 B $_{27}$ sqq. C; 249 (paullo post mortem Attali III)]; colonorum Aeginam tunc quidem obtinentium (cf. hui. d. p. 10 adn. 2) Hicks 189 (saec. II).

B.

Idem valet de iis, quae Graece exstant litteris mandata ab hominibus non Graecis *).

Ac de „sermone graeco, quo senatus populusque Romanus . . . in scriptis publicis usi sunt“ egregie iam disseruit P. Viereckius (Gottingae 1888) idemque collegit l. l. titulos ab hominibus Romanis Graece conscriptos.

Praeterea habemus decretum Iudaeorum Berenicensium (Cyren.): C. J. G. 5361 (II saec. a. Ch.); synodi Aegyptiorum Delum incolentium Bull. XIII 240; decreta sacerdotum Aegyptiorum: Hicks 179 (239 a. Ch.); C. J. G. 4697 (cf. Letronne, Rec. des insc. I p. 244 sqq. — 196 a. Chr.); C. J. G. 4896, C (Letronne l. l. I. p. 338 — c. 127—117 a. Ch.); C. J. G. 4717 (45—37 a. Ch.).

Maximi vero momenti sunt papyri Aegyptii ad cognoscendum κοινὸν illud scribendi genus praesertim saec. II usurpatum, si quidem eos excipias, qui neglegenter vel ab hominibus plebeis conscripti sunt. Contra quicunque **) stilum

*) huc haud scio, an referendum sit etiam decretum Letaeorum Macedonum Ditt. 247 (118 a Ch.), cuius tituli de sermone cf.: Duchesne-Bayet, memoire sur une miss. au mont Athos p. 85 sq.

**) cf. pap. Louv. no. 12; 14; 26; 35; 61. Pap. Taur. no. 1 al.

produnt viri cuiusdam eruditioris et in scribendo curiosi, ii, licet compositi sint ab homine Aegyptio, exhibent exempla sermonis duri illius quidem saepenumero et satis contorti, sed quem in usu formarum et vocum ac plerumque etiam in construendis singulis verbis vix dicas esse multo minus graecum aut aliter graecum ac dicendi genus κοινῶν proprium.

Quod ne videar nimis audacter contendisse, fusius nunc disputabo de papyro quodam (Lugdun. B), qui, sicut nunc quidem se habet apud Leemansium, magis valere vidêtur ad refellenda ea, quae dixi, quam ad confirmanda. Missus enim erat hic *) libellus, quo rogatio continetur gemellarum Thauetis et Tautis, ipsum ad regem (Ptolemaeum Philometorem I), nec fieri potuit, quin aliqua cum cura componeretur. Eo magis miretur, si quis legat, quae Leemansius multos ad locos adnotavit de sermonis vitiis, ut putavit, manifestis. Et profecto, si retinemus sermonis exemplum tale, quale Leemansius edidit, si sequimur sententias a viro doct. singulis de formis prolatas: non potest negari, apparere in hoc papyro dicendi genus satis abhorrens ab omni Graecitate.

Sed haud scio, an, quae scripta esse videntur contra graece loquendi usum, ea maximam partem editoris Batavi potius culpae tribuenda sint quam inscitiae gemellarum. Videamus igitur singula!

Col. 1, $_3$ sq. satis insolenter dicta sunt, quae leguntur apud Leemansium: Ἴσιος καὶ Σαράπιος, κατὰ τὸ καλῶς | [καὶ κατὰ πᾶσ]αν εἰρήνην τὰ πράγματα ἀγειοχότων. Scribamus igitur, quod non minus bene explet lacunae spatium: κατὰ τὸ καλῶς [ἔχον εἰς πᾶσ]αν εἰρήνην . . . . neque iam erit, quod abhorrere dicas a Graecorum dictione.

Col. 1, $_{21}$ sq. nullo modo ferri potest: ἔτι νηπίας οὔσας τὸ θεῖον βραβεύσας | [ὁ πατὴρ ἀπέδωκεν] εἰς σύστασιν Πτολεμαίῳ

*) ne quis credat hunc papyrum nil fuisse nisi commentariolum quoddam ad adumbrandum rogationis argumentum potius conscriptum quam factum, ut mitteretur ad regem, obstant subscriptiones a regiis magistratibus aut a rege ipso exaratae (ap. Leem. p. 11).

. . . . . Quid enim sibi vult ὁ πατὴρ τὸ θεῖον βραβεύσας? Accedit quod luculentissime apparet ex pap. Louv. no. 22 (cf. praesertim v. 20 sqq.), gemellas mortuo demum patre in tutelam Ptolemaei venisse.

Quae cum ita sint, patris vocem falso suppletam esse mihi constat, id quod inde etiam verisimile fit, quod ex universae sententiae ratione putandum est, praeter tradendi verbum fuisse in lacuna pronomen ἡμᾶς. Quapropter utique concedendum est subiecti munere functam esse vocem τὸ θεῖον; neque alio nisi huc referri potest participium βραβεύσας*). Lacunam autem explendam esse censeo vocibus [ἡμᾶς ἀπέδωκεν] vel alio quodam tradendi verbo.

Transeo ad alium locum, qui est:

Col. 2, 8. Hic, cum proxime antecessisset Ptolemaei mentio, leguntur verba: συνεστακότος δ' ἡμῖν τινα . . . Δημήτριον . . . Κρῆτα, πραγματευσόμενον . . καὶ ἐπιτελέσοντα . . . ad quae Leemansius adnotat p. 15: „Si primum verbum ad Ptolemaeum est referendum, legendum erit συνέστησέ δ' ἡμῖν etc.; sin vero ad ipsum Demetrium, quae sequuntur quoque in genetivo efferenda: συνεστακότος(!) δ' ἡμῖν τινος — Δημητρίου — Κρῆτος — πραγματευσομένου — ἐπιτελέσοντος."

Quae si quis legerit, ei fortasse in mentem veniet vetus illud Si tacuisses! Neque id iniuria. Nam forma illa perfecti posteriore aetate ficta secundum vulgarem loquendi usum eam habet vim, ut semper addatur accusativis (jem. einsetzen cf. hui-disp. p. —) Nil igitur mutandum est. Ceterum quod attinet ad pronomen αὐτοῦ omissum post participium συνεστακότος, conferas Polybii usum (Kaelk. 282).

Gravissimo vitio laborat locus, q. e.

---

*) masculini forma hoc loco nil habet miri, quia τὸ θεῖον prorsus idem valet in hoc papyro ac ὁ θεός (Serapis) (quod exstat col 2, 4 contra v. 8 rursus habes τὸ θεῖον), hominesque Graecos adamasse notissimum est constructiones κατὰ σύνεσιν cf. Kühner gr. Gr. II, p. 48, 3, a.; de Polybio cf. Kaelk. p. 264, qui exempla affert si non plane gemina, at tamen non multum diversa.

Col. 3, $_2$ sq., ubi Leemansius haec transscripsit e papyro: . . . . ἐπεί ἐστιν τὰ ἀξιούμενα | πρότερον μὲν ὑπὲρ τοῦτον Δημήτριον προσδέξασθαι . . . . Hisce verbis ut sensum aliquem eliciat, scribi iubet L.: ὑπὲρ τούτων: Δημήτριον προσδέξασθαι („quoniam, quae petuntur, prius quidem ea spectant, Demetrium admittat"). Quale autem sic evadit dicendi genus indignum vel homine Aegyptio! Sed est in propatulo, quomodo expedienda sit difficultas: legamus levi mutatione facta: ἐστιν τὰ ἀξιούμενα . . ὑπὲρ τοῦ τὸν Δημήτριον προσδέξασθαι, quae verborum structura maxime accommodata est indoli sermonis tunc quidem vigentis; cf. Pol. XXVII, 3, $_3$, παρακεκλήκει τοὺς πολλοὺς ὑπὲρ τοῦ κοινωνεῖν τῶν αὐτῶν ἐλπίδων et Krebsium, Praep. bei Pol. (Schanz' Beitr. I) p. 40.

Denique perperam intellexit Leemansius, quae exstant paullo infra

Col. 3, $_4$ sq. ἐπιτελοῦντα (sc. τὸν Δημήτριον) τούς τε ὑπὲρ τῆς συντάξεως χρημα|τισμούς, καὶ ὃ ἂν ἄλλο συντάσσωμεν . . . . .

Etenim colligi debuit ex verbis καὶ ὃ ἂν ἄλλο συντάσσωμεν, vocem χρηματισμοὺς hoc quidem loco non, sicut alioquin, esse usurpatam de regis rescriptis, sed aliam quandam induisse notionem. Hoc vero ita non fecit v. d., ut plane contra sanam rationem vitium latere contenderet in verbo συντάσσωμεν, corrigeretque συντάσσηται vel συνταχθῇ nulla alia de causa nisi ut retinere posset illam vocis χρηματισμός notionem. Quid? perversius quidquam num potest cogitari?

Immo conferendus erat Polybii locus XXVIII, 19, $_4$, e quo luculenter manifestum est, quaenam significatio subicienda sit voci χρηματισμός; legimus enim hic: ὑπὲρ ἧς (sc. θεωρίας) Κλείστρατος ἐποιεῖτο τὸν χρηματισμὸν καὶ τοὺς λόγους. Quae cum ita sint, papyri verba illa sic interpretor:

Demetrium exsecuturum ea, quae ad stipendium accipiendum pertinent negotia et quaecumque insuper ei mandamus.

Sed de Leemansii erroribus iam satis dictum est, convertam me ad examinandam copiam verborum:

βασίλισσα (col. 1, $_1$) dictum est pro βασίλεια secundum sollemnem usum posterioris aetatis (cf. Blass-Kühner II 274):

cf. Pol. V. 43, $_4$ XXII 20, $_2$; Insc. Perg. 160, $_{30}$, $_{42}$. ibid. 169, $_1$; Le Bas II 159^k, $_2$ (Methanae); Bull. IX 389 al. Voces προγονικός (Col. 2, $_3$), ἀντιπαραγωγή (Col. 2, $_{21}$), ἀποκατάστασις (Col. 3, $_{15}$), quae inde a saeculo fere secundo demum usurpatae esse videntur, leguntur etiam apud Polybium*).

Adiectivum νήπιος (Col. 1, $_{22}$) temporibus illis vulgo usurpabatur in prosa oratione cf. quae infra adnotavi.

Haece verba novam habent notionem in hoc papyro et plane eandem apud Polybium aliosque κοινούς:

λειτουργεῖν (λειτουργία) Col. 1, $_2$, $_9$; Col. 3, $_{17}$, cum ab Atticis semper diceretur in muneribus publicis, hanc vim ita omisit, ut nil sit nisi μοχθεῖν, δουλεύειν (Hesych s. v.). Neque aliter apud Polybium VI 33, $_6$, $_8$, III 93, $_4$ al. cf. etiam, quae Sauppeus (Abh. der Gött. Ges. d. Wiss. 1860) adnotavit ad tituli Andan. vers. 75.

ἐκτίθεσθαι (Col. 1, $_{15}$, Col. 2, $_{10}$, $_{17}$) dici, quodcunque (ex regis decreto) alicui solvitur, iam recte observavit Leem. p. 15. cf. haec Polybii (XIII 2, $_3$): ὀψώνιον ἐξέθηκε ὁ βασιλεὸς αὐτῷ.

χρεία apud Polybium saepissime idem valet quod negotium, labor. Neque alia vis, ut mihi videtur, subest huic voci Col. 1, $_{22}$, ubi sic credo lacunam esse explendam: πρὸ τῆς εἰς τὸν προχει | [ρισμὸν γενομένης] χρείας.

σύστασις Col. 1, $_{23}$, sicut apud Polybium, notionem accepit usus cuiusdam familiaris ac benigni intercedentis inter duos vel plures homines.

παρέλκειν τινά vel τι Col. 2, $_{19}$, Col. 3, $_{12}$ vice fungitur Atticorum verborum ἀναβάλλειν, διακρούεσθαι — cf. Pol. V 30, $_5$ al.

*) loci a Schweighaeusero allati sunt (lex. Polyb.). Ceterum de adiectivo προγονικός cf. quae infra disputavi. — ἀντιπαραγωγή exstat etiam Le Bas III, 419, $_6$.

ἐπιχωρηθῇ legitur Col. 3, $_6$ pro verbo quodam concedendi (συν — παραχωρεῖν sim.) cf. quae de hoc usu infr. disp.

καθίστασθαι (Col. 3, $_{14}$) significat „stare in iudicio“, „adesse ad iudicium“ (Leem. p. 18), plane geminum exemplum habes apud Polybium XXIII 18, $_5$.

De vocis ἔντευξις usu (Col. 3, $_1$ et $_6$) cf. quae disputavit A. Peyron Pap. Taur. I 101 sq.

Nil igitur est, quod inusitatius scriptum esse dicas, nisi hoc unum fortasse: συντετηρημένως (Col. 2, $_7$).

Neque etiam si animos advertemus ad scribendi rationem, quam ὀρθογραφίαν nuncupant, inveniemus, quae discrepent cum consuetudine vel eruditissimi cuiusque hominis Graeci tunc quidem florentis:

Nulla omnino exstant vestigia itacismi, qui dicitur. Semper porro excepto loco uno (Col. 2, $_{14}$ συνετάγῃ) recte positum est ι adscriptum, id quod eo magis est mirandum, quia inde a saec. fere II ne Atticorum quidem scripta libera fuisse constat mendis in huius vocalis scriptura factis: Meisterhans p. 53, cf. G. Meyer gr. Gr. § 117.

Infra dicam de formis λειτουργία, λειτουργεῖν (Col. 1, $_2$ al. pro λῃτουργία), ἀγειοχότων (Col. 1, $_4$ pro ἀγη[ι]οχότων facto ex ἀγηγοχότων), ποεῖται, ποεῖ (Col. 2, $_5$ et $_8$ cf. tamen υἱός Col. 2, $_{17}$, Col. 3, $_{14}$), γίνομαι (Col. 1, $_7$), μηθείς (Col. 2, $_3$, $_7$).

Denique quo iure corrigat Leemansius ἐγλιπεῖν Col. 2, $_7$, equidem non intellego: cf. Meisth. p. 83 d, Blass-Kühner p. 261 adn. 1.

In verborum flexione quaecunque dissident a bonae aetatis consuetudine, occurrunt etiam apud Polybium, velut ἀγ(ή)οχα (Col. 1, $_4$), γενηθῆναι (Col. 3, $_{15}$), quibus de formis cf. hui. disp. p. —

Idem valet de rebus nonnullis pertinentibus ad σύνταξιν, quas cum infra diligentius sim tractaturus, breviter tantum hoc loco libet enumerare: ἐμποδίζειν coniungitur cum dativo Col. 3, $_7$; Col. 3, $_{14}$ exstat ἐγκαλεῖν τινι ὑπέρ τινος; ἡ καθ' ἡμᾶς λειτουργία Col. 1, $_9$, Col. 3, $_{16}$ dicitur pro ἡ ἡμετέρα

λειτουργία; praepositione πρός c. dat. significatur negotium vel munus aliquod Col. 2, 19, Col. 3, 8; — Col. 3, 11 τοῦ παρ' αὐτοῦ vertendum est: qui munus apud eum obit; ἐπιχωρεῖν (i. q. concedere) Col. 3, 6 compositum est cum ὅπως c. coniunct., ubi infinitivum exspectas; pro ὅπως c. indic. futur. legitur Col. 3, 8 post verbum προνοηθῇ: ἵνα c. coni.

Cum igitur eluceat, singulis in rebus grammaticis satis graecum fuisse gemellarum sermonem, restat iam, ut confitear, enuntiatorum conformationem iis multo minus prospere cessisse: Col. 2, 1 sq. per detractionis genus quoddam valde durum omissum est verbum fatendi vel tale quid; ibid. v. 14 post participium ἐντυχοῦσαι desideratur ἦμεν. Admodum dure nec satis dilucide enuntiata sunt, quae exstant inde a Col. 2, 18 usque ad Col. 3, 15. — Sed utut ista se habent, hoc vidimus e gemellarum libello, papyros, si quidem cum cura quadam fuerint conscripti, primarios esse fontes, e quibus hauriamus in describenda κοινῆς indole ac natura.

C.

Deinceps subiungam titulos:

I. urbium Caricarum (exceptis coloniis Graecis). Quas etiamsi non proditum sit colonias recepisse ab ulla urbe graeca, tamen verisimile est maximam partem antiquioribus iam temporibus habitatas fuisse ab hominibus graecis et tunc habuisse dicendi genus mixtum ex Jade et ex Doride (cf. Waddington apud LeBasium, Voyage III p. 112). Certe post Alexandrum paucae tantum resedisse videntur formae domesticae (cf. hui. disp. p. 12 adn.) Titulos autem satis habeo hosce afferre:

1) Alabandae: Bull. X, 301 (saec. II),
2) Bargyleiae: Ditt. 165 (paucis ante 261 a. Chr. annis),
3) Caryandae: LeBas III, 499 (saec. II, vel. I),
4) Erizae (?): Bull. XIII, 336 (c. 115 a. Ch.),
5) Mylasae: Athen. Mitt. XIV, 109 (fortasse saec. II,

vel I); LeBas III, 399, cuius tituli exemplum exstat maxime mendosum apud Boeckhium C. J. G. 2693 (fortasse init. saec. I); et quorum aetas accuratius definiri nequit: LeBas III 394 sqq. C. J. G. 2693[d], 2694[b]; Bull. V, p. 102; 108,

6) Olympi, oppiduli ceteroquin ignoti: Athen. Mitt. XIV, 370 sqq. et LeBas III, 323—338 (sub finem, ut videtur, saeculi II, cf. Athen. Mitt. l. l. p. 395).

II. Phrygiarum urbium:

1) Peltarum C. J. G. add. 3568 f. (saec. III),

2) Synnadorum: Bull. VII, 301 = XI, 220.

III. Lyciarum urbium:

1) Telmessi: Bull. XIV, 163 (temp. Ptol. III Euerg.),

2) Olympi: LeBas III, 1344.

D.

Transeo nunc ad titulos praeter Atticos e civitatibus Jonicis oriundos. Quibus ex inscriptionibus iam saeculo IV magis magisque evanuisse Jadis proprietatem notissimum est. Itaque factum est, ut inde ab Alexandri fere temporibus, quamvis etiam tunc occurrant singulis locis, quae solius propria fuerint Jonicae dialecti*), communi sermone usos esse Jones dici possit.

---

*) Alexandri aetate scriptum est a Samiis (Ditt. 119), v. 28 ὁμοίῃ, ab iisdem EO et AO pro EΥ et AΥ (quod inde factum esse exponit Merzdorfius Curt. Stud. VIII 166 sq., quod apud Jones eundem habuerunt sonum O ac Υ), ab Jasensibus (Ditt. 116 = Hicks 132), v. 5 μικρῆς, v. 10 προεδρίην; anno fere 300 Ephesii usurpaverunt (Ditt. 134), v. 4 γερουσίης, v. 7 ὁμοίῃ, cf. Hicks 151, 11; ἱερητεία est in Erythraeorum decreto paucis post 278 a. Ch. annis exarato (Ditt. 370); iidem scripserunt sub finem saec. III (Ditt. 190, 5) πόλιος, nisi quis hanc formam Delphici lapicidae errori tribuere mavult (cf. πόλεως in eodem decreto v. 6, 14, 26); in Olbiopolitarum decreto (Ditt. 248) habes v. 23 al. ἱερέω, formam, ut videtur, Milesiorum dialecti propriam (cf. Ditt. ad l. l.), v. 155 Πόσιος. Ceterum conferas Erman, de tit. Jon. dial. Curt. Stud. V 274. Aetatis incertae sunt Ditt. 349 (Tei — fortasse c. annum 300? — similiter iudicavit

Hasce autem potissimum adii inscriptiones saec. III II I:

I. civitatum Asianarum cum coloniis:

1) Ephesi: Ditt. 134 (c. 300 a. Ch.); Hicks 151 (300 a. Ch.); C. J. G. 2953^b (fortasse Alex. M. non multo recentior); Ditt. 344 (saec. I init.); Ditt. 253 (= Hicks 205, saec. I init.); LeBas III, 136 (saec. I); tit. apud Wood, discov. at Ephesus, app. II.

2) Erythrarum: Ditt. 159 (saec. III init.); Ditt. 172 et 190 (sub fin. saec. III); Ditt. 160 est aetatis incertae.

3) Mileti: Ditt. 240, 29 sqq. (= Hicks 200, paullo ante 135 a. Ch.)

Olbiae: Ditt. 248 (saec. III, vel II).

Jasi: Hicks 174 (saec. III); LeBas III 252—299 (II saec.).

Cyzici: C. J. G. 3655 (saec. III, vel II).

Blassius, Ausspr.² p. 43, adn. 139): ἦν, ζημίην, πρήξηται; Wood, Discov. at Ephesus app. II no. 10 al: ὁμοίῃ; C. J. G. 2161 (Thasi cf. Erm. p. 271 no. 24).

Formae χρύσεος, χρᾶσθαι, ubicumque occurrunt posteriore aetate, habendae sunt non tam pro Jadis vestigiis quam κοινῆς dialecti, in qua iuxta χρυσοῦς, χρῆσθαι eas fuisse apparet: χρύσεος sim. habes non solum apud Ephesios (Hicks 150, 151) et Samios (Bull V 479), sed etiam in decretis Alabandensium (Bull X p. 301, 42), Stratonicensium (Papers I no. 8, 14, ubi tamen v. 24 exstat χρυσῷ) al cf. haec Moeridis (Pierson p. 402): χρύσεος καὶ χρύσεα Ἕλληνες, et quae Lobeckius adnotavit Phryn. p. 207 sq. — Polybius quidem abstinuisse videtur formis non contractis.

Forma χρᾶσθαι (cf. G. Meyer² § 51, Bl-Kühn. II 150 adn. 4) quae, quamvis in Herodoti codd. exstet, tamen, ut E. Schwartzius me docuit, fortasse abiudicanda est ab Jade, occurrit etiam in epistula Antigoni I Ditt. 126, 50, 56, 59 (ubi tamen v. 60 exstat χρῆσθαι), in epist. Seleuci II Ditt. 170, 19; apud Viereckium XVI 89 (81 a. Chr.); in decr. techn. Dion. Athen. Mitt. IX 289 (= Ephem. 1884, 43, sqq.) v. 24 (init. saec. II). Quocum conferas Moeridis hoc (p. 402 Piers.) χρᾶται Ἕλληνες et locos a Passovio allatos in lex. s. v. χράω, et Schmiedelium (Winers Gr. d. ntest. Spr., 8. Aufl., Gött. 1894) I § 13 adn. 24. Certe χρῆσθαι multo magis in usu erat κοινοῖς, quam formam, si quidem codicibus fidem habere licet, solam adhibuit Polybius. —

4) Prienae: C. J. G. 2906 et Ephem. 1886, p. 221 sqq. (aetatis Romanae.)
5) Smyrnae: Ditt. 171 (sub fin. saec. III).
6) Tei: Ditt. 234 (saec. II); Ditt. 349, C. J. G. 3065, 3066 sunt aetatis incertae.
Abderae: Ditt. 228 (saec. II).
7) Communis Jonum: Ditt. 137 (init. saec. III).
8) Complurium urbium: Bull. IX, 389 (in honorem Antiochi I);
9) Lampsaci, coloniae Phocaeorum: Ditt. 200 (196 vel 195 a. Ch.); C. J. G. add. 3641^b (aet. inc.);
10) Sesti, coloniae Atheniensium: Ditt. 246 (paullo ante 120 a. Ch.; de tituli serm. cf. Jerus. l. l.);
Adramytti, coloniae Atheniensium: C. J. G. add. 2349^b (cf. LeBas, insc. gr. et l. V 175 — saec. I).

II. insularum maris Aegaei:
1) Amorgi: Ditt, 193 (= Hicks 186, sub fin. saec. III).
2) Ceae: Ditt. 183, $_{21\ sqq.}$ (saec. III, vel II); Ditt. 348 (aetatis incertae).
3) Chii: Ditt. 150 (277/6 a. Ch.); Athen. Mitt. XIII, 167 (II saec.).
4) Deli: C. J. G. 2266 („circa ol. 110—150“); Ditt. 155 (saec. III init.); Bull. XIV, 389 sqq. (279 a. Ch.); Bull. X, 127 (sub fin. saec. III); Bull. VI, p. 6 sqq. (saec. II init.); Ditt. 367 (180 a. Ch.); Bull. II, 322 (II. saec.); C. J. G. 2271 (saec. I); C. J. G. 2270 (multo ante imperatorum aet.).
5) Euboeae: urbis Carysti: C. J. G. add. 2152^b (non multo ante Augusti temp.);
Eretriae: Rangabé II, 689 (saec. II).
6) Pari: C. J. G. add. 2374e („non antiquior medio fere I a. Ch. saec.“). E marmore Pario, quod dicitur, nil habeo, quod afferam; contra, si recte coniecit Boeckhius, huc referendus est titulus in Creta repertus C. J. G. add. 2561^b (58 vel 57 a. Ch.).

7) Patmi: Ditt. 402 (aetatis incertae).
8) Sami: Ditt. 132 (brevi post 306 a. Ch.); C. Curtius, Insch. u. Stud. zur Gesch. v. Sam. no. 9.
9) Samothraces: Ditt. 138 (init. saec. III).
10) Syri: Ditt. 401 („non ante Rom. domin.“); C. J. G. 2347[c] (Pompei fere temp.?).
11) Teni: Hicks 204 (c. 100 a. Ch.); C. J. G. 2329 („post. ol. 153“); C. J. G. 2336 (sub fin. saec. I. cf. Le-Bas [insc. gr. et lat. V] ad no. 149).
12) Communis nesiotarum: Ditt. 154 (s. III); C. J. G. 2334 (ante ann. 167 a. Ch.).

— Incertae originis sunt hice tituli, qui omnes saec. II a. Ch. videntur esse compositi: Papers I no. 7; C. J. G. 6819; add. 2334[b] (cf. LeBas insc. gr. et l. V 155); Bull. XIII, 230; C. Curtius, Insch. u. Stud. z. Gesch. von Sam. no. 13 (p. 35). —

E.

Quaerendum est porro, quando suae dialecti proprietatem abiecerint Boeoti, Thessali, Aeolum civitates Lesbiae et Asianae.

I. Ac Boeotos quidem hoc magis magisque fecisse inde a medio fere saeculo II, iamdudum observatum est: cf. Meister, gr. Dial. I, p. 204 et Dittenberger C. J. G. I² p. 615. Cuius aetatis sunt haece inscriptiones sermone communi conscriptae, quae maxime pertinent ad hanc quaestionem:

1) urbis Acraephiae: C. J. G. I² 4130 (Bull. XIV 36), C. J. G. I² 4131 (Bull. XIV, 45).
2) Thisbes: C. J. G. I² 4139 (Bull. XIV 51).
3) Orchomeni: C. J. G. I² 4138 (Bull. XIV 54).
4) civitatis incertae: Bull. XIV 57.
5) Lebadeiae: Ditt. 353 (quem titulum non esse recentiorem saeculo II Dittenb. testatur C. J. G. I² p. 553).

Saeculi I est titulus Acraeph. C. J. G. I² 4148 (Bull. XIV 189). — Multa admixta sunt e sermone communi manumissi-

onum litteris Chaeroneensibus (C. J. G. I² 3301—3406) saeculo II conscriptis.

II. Thessalorum ad sermonem commutandum alicuius momenti fuisse res a Romanis novatas, colligas forsitan ex decreto Bull. X 431, c. med. saec. II sermone vulgari conscripto a Thessalorum communi. Nihilo tamen minus Thessalicam habes dialectum hisce in titulis saec. II exaratis:

1) Cierii urbis Bull. XIII 400 (initio, ut videtur, saeculi II, cf. p. 401 l. l.).
2) Phalannae Athen. Mitt. VIII 105, 109 (post annum 196 a. Ch.).
3) Larisae Bull. XIII 381 (sunt manumissionum acta secundum litterarum formas saec. II vel. I).

Contra κοινήν exhibent:

4) manumissionum litterae Larisaeae: Bull. XIII 397 (aetatis non satis certae), et
5) Pheraei catalogi libertorum: Ussing, insc. gr. ined. no. 4 A (ante imperat. temp.). —

Hic potissimum, quamvis haud ignorem dialecti communione nunquam coniunctos fuisse Magnetes cum Thessalis, ponendum esse videtur decretum quoddam communis Magnetum (Bull. XIII 273 = Athen. Mitt. XIV p. 52), quod, cum compositum sit saec. II, communem habet sermonem.

III. Qua cum inscriptione nec non cum decreto illo communis Thessalorum, quod supra commemoravi, ut commode transeam ad titulos civitatum Aeolicarum, conferre libet Ditt. 125 (paullo ante 300 a. Ch.), qui lapis continet decreta foederis urbium Aeolicarum ab Alexandro coacti, nulla tamen prae se fert Aeolicae dialecti vestigia. Habemus igitur tria exempla, e quibus satis verisimile fit, eas quoque civitates, quae plane eandem in usu habuerint γλῶσσαν, cum communi concilio egerint de aliqua re, spreto dicendi genere domestico e sollemni more adhibuisse κοινήν (cf. h. d. p. 11).

Quamquam hoc statim confitendum erit: nonnullae civitatum Aeolicarum fortasse iam aetate ea, in quam incidit

Ditt. 125, omnino deposuerant paterni sermonis usum. Sunt enim lingua vulgari conscripti tituli Ilienses: Ditt. 156, 157 (priore saec. III parte), C. J. G. 3599 (saec. III vel II); et multa iam Alexandri temporibus admixta habuit e sermone communi dialectus Zeleatarum cf. Athen. Mitt. VI 229 et IX 59. Saeculo II*) exhibent κοινήν decreta oppidorum: Pitanes (Insc. Perg. 245 A, $_{1-45}$) et Elaeae (Insc. Perg. 246). Ceterum iure mireris aetate iam satis antiqua novum sermonem prorsus amplexos esse homines Aeoles, quos quidem in universum ante saec. II non admisisse constat (cf. Meisterum l. l.) vulgare dicendi genus, nisi forte communi concilio fuerint res tractandae.

Sed ita hoc potest satis probabiliter explicari, ut ponamus, omnes civitates non tenaces illas priscae indolis Alexandri fere aetate excepisse maiorem numerum novorum incolarum non Aeolicorum.

F.

Restat, ut pauca afferam de sermone Doricarum civitatum, Arcadum, Eleorum, Achaeorum, earum gentium, quarum dialectos comprehendere solemus nomine „nordwestgriechische

---

*) qua tamen aetate iis quoque in civitatibus, quas et antea semper et plerumque vel imperatorum temporibus aeolice scripsisse scimus, iam gliscere coepit iuxta vetus dicendi genus usus quidam κοινῆς; cf. quae de hac re exposuit Meister Dial I, p. 8 sq. Quibus addere libet hosce titulos dialecto Aeolica conscriptos:

1) Temni Insc. Perg. 5, $_{13-25}$ (temp. Lysimachi), ubi tamen non desunt κοινῆς vestigia.
2) Mytilenaeorum Insc. Perg. 245 A. $_{46}$ — B $_{26}$ (regum temporibus) et Athen. Mitt. IX, 89 (ante Romanorum aetatem).
3) Assi Papers I, 3—6, e quibus no. 4 saec. III conscriptum esse verisimile est. —

Dialektgruppe". Quas quo iure in unum coegerim, facile apparet. Etenim omnibus*), ni fallor, hoc est commune:

1) quod magis magisque peculiaris dialecti formis severioribus, ut ita dicam, ac reconditioribus abiectis (fere, ut videtur, inde ab initio saec. III) asciverunt singulae gentes linguam quandam, quae quidem aliquo iure dici potest κοινή nec tamen in universum exhibet formas Atticas, sed quas Doridis cuiusdam vulgaris**) proprias fuisse dicas.

2) quod istius sermonis usum vel usque ad imperatorum tempora servarunt***).

Sed si accuratius in hanc dialectum inquirere instituerem, et nimis abducerer a proposito et vereor, ne non sufficiat

---

*) quamquam excipiendi esse videntur Cretenses; cf. quae Boeckhius C. J. G. II, p. 401 exposuit de eorum sermone apparente priore saec. II parte in decretis Teium missis singulis a civitatibus Cretensibus [LeBas III, no. 61—82 (no. 61—74 exarati sunt paullo post 193 a. Chr., ceteri triginta fere annis inferiores sunt)]: usurpasse videlicet Eleuthernaeos et Istronios dialectum modice Doricam, Vaxios, Rhaucios, Cnosios probe Doricam, Arcades dicendi genus pauca Doridis vestigia exhibens, Lappaeos communem fere sermonem etc. Quam dialecti varietatem esse tribuendam Teii lapicidae incuriae Ahrensius (dial. Dor. p. 16) contendit (cf. Cau[2], p. 80), recte me iudice negavit Waddington apud LeBasium III, p. 29. —

**) cf. Meisterum gr. Dial. II, p. 81 sqq., qui nomen invenit „achäisch-dorische κοινή", Ahrensium dial. Dor. p. 405 sqq., Vischer, kl. Schriften vol. II, p. 22. Hoc etiam dignum est commemoratu, in sermone civitatum Peloponnesiarum, qualis fuit inde a saec. fere II, exstare, quae irrepserint e dicendi genere populorum septentrionalium, velut dativi εὐσεβέοις, ἐπικατασταθέντοις cf. Cau[2], p. 40, Wilam. Ztsch. für Gymn. Wesen 1871, p. 651.

***) Solos Megarenses iam intra annos 180 a. Ch. et 34 a. Ch. κοινήν assumpsisse dialectum, auctor est Foucartus ad LeBasium II, 40 (= C. J. G. 1058) (praeeunte Ahrensio dial. Dor. p. 7; cf. Mullach, Gramm. der gr. Vulgärspr. p. 8, Reinach, Traité p. 291). Cui rectissime oblocutus est Dittenbergerus ad C. J. G. I[2] no. 97—99. Apparet enim tituli illius annum non fuisse numeratum ab Achaia in provinciae formam redacta, sed a victoria Actiaca.

De Aegina insula cf. hui. disp. p. 10 adn.

mihi materies. Neque etiam operae erit pretium, enumerare hoc loco ingentem copiam omnium titulorum, qui aliquo modo ad hanc pertinere videntur quaestionem*).

Hoc tamen, priusquam ad alia me convertam, debet moneri, iam temporibus satis antiquis in eiusmodi titulis haud paucas occurrere formas κοινῆς illius ab Atthide profectae:

Ditt. 182 in decreto foederis Achaici apud Aegium invento (non multo post med. saec. a. Chr. III) legitur iuxta formas δόμεν, Εὐδάμωι, εἶμεν, al: v. 11 εἰρήνης καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, quae aliena esse ab antiqua Achaeorum dialecto, utique concedendum erit Ahrensio I, 234. Ditt. 255 (med. saec. I) in decreto Gytheatarum obvia sunt: 24 πρός, 54 ἄν, 3 τᾷ πόλει, quae dativi forma frequentissima est in titulis Doricis recentioribus, cf. 25 al, 21 πόλεως cf. 33 (contra 2 πόλεος), 21 εἰσίν, 55 συγχωρήσωσιν, 54 ἀναθέτωσαν (cum 52 servatum sit ἀναγραφάντω).

Ditt. 252, 39 in decreto Chersonnesi, coloniae ab Heracleensibus Ponticis deductae, dorice**) in universum conscripto (saec. I) exstat ἀναθέσεως cf. etiam Newton II, CCXXXI p. 53 (Calymnae).

Le Bas II 243 (Gythis saec. I) Doricis formis admixta sunt 18 πρός, 21 εἶναι, Neque aliter res se habet Le Bas II 352 i, 29, 3 contra 44.

Nec minus apparet ista miscendi consuetudo in titulo (Ditt. 388 = Cau. [2] 47; ann. 91 a. Ch.) reperto ad Andaniam, oppidum Messeniorum, quos quidem priscae indolis tenacissimos fuisse Pausanias IV 27, 5 memoriae tradit.

---

*) multos habes in Caueri delecto[2], sed minime omnes. De titulis Peloponnesiacis cf. LeBas Voy. II, de Siculis et Italicis Kaibelii syllogen, de Megaricis C. J. G. I[2], de Delphicis cf. G. Meyeri praef. p. XXV.

Novae, quae huc pertinent, inscriptiones nuper prodierunt nonnullae in Ancient greek inscr. of the British Mus., part. II ed. Newton.

**) vides, quantulum tribuendum sit Straboni XII, 542 referenti, Ponticam Heracleiam a Milesiis esse conditam.

Habes enim hasce formas aperte Atticas: ἕως (v. 85, 109 cf. Ahr. (Dor.) II. p. 200); ἄν (cf. v. 25 al, cum aliis locis exstet κά cf. 32, 33, 36 al.) πρῶτος (48) pro πρᾶτος (cf. Meister II. p. 83) γερουσία (47), εἴκοσιν (41, 77, al.), dativum καταλύσει (4); porro quae κοινῆς solius propria sunt: ἔστωσαν (15, 41 al.), ἐγενήθην (v. 1, cf. contra v. 73), ἀνάθεμα (v. 88 et 89), al, de quibus infra dicam*).

*) e contrario resederunt etiam, quae tunc quidem solius propria fuisse videntur dialecti Messeniae. Insolenter enim dictae sunt coniunctivi formae προτίθηντι (87), ἦνται (83), κατασκευάσθηντι (90), προγράφηντι (160) (cf. G. Meyer² § 580 sq.; Brugmann, gr. Gr.² § 142; Curtius, Verbum II, p. 82). Addam πωλοῦντι (v. 100 antecedente ὅπως), in quo non offenderunt viri doct., et συντελεῖται (39 antecedente ὅταν), quae formae videlicet coniunctivi munere functae sunt. Elucet autem forma πωλοῦντι optime confirmari ea, quae Brugmannus Gr.² p. 36 adn. disseruit de coniunctivo saepius ad indicativi similitudinem depravato. Similiter fortasse iudicabimus de forma συντελεῖται, nisi quis cum Meyero (Gr. § 72, p. 88) credere mavult, prodiisse eam simili attenuatione vocalis η ac quae apparet in coniunctivi formis θέλει (v. 6), παρασκευασθεῖ (v. 13) al factis ex θέλῃι = θέλῃ (cf. Meyer l. l. p. 87).

Non alienum erit ab hoc loco, pauca adnotare ad tituli Andan. v. 116, ubi exstat δαμιοργός. Quam formam more Dorensium vel Achaeorum (Ahr. I, 234) ex δαμιοϝεργός factam plerisque, qui Polybii fere aetate utebantur dialecto achaeo-dorica in usu fuisse, elucet ex eis, quae Meisterus II 41 congessit, exemplis (similem in modum ortum est δαμιεργός Ditt. 195, 9, Nisyri c. 200 a. Ch.).

Quid ergo iudicandum est de formis: 1) δαμιουργούς (Ditt. 389, 26, Hermiones, inc. aet., in titulo mutilo et satis neglegenter conscripto); 2) δαμιουργοί (Ditt. 294, 39, Stiride, init. saec. II, ubi haesitavi paullisper, an, cum in lapide exstet ΔΑΜΙΟΥΡΟΙ (with Γ written above) [cf. adn. ad Bull. V, p. 45] credendum esset, exemplar habuisse ΔΑΜΙΟΡΓΟΙ, quod primo perperam legisset lapicida effinxissetque socorditer litteris ΔΑΜΙΟΥΡΟΙ, deinde, ut verbum aliquod evaderet, reddidisset forma illa correcta ΔΑΜΙΟΥΡΟΙ (with Γ written above); at paullo infra est in eodem titulo δαμιουργεόντων (44), de qua, quantum scio, dubitare non licet); 3) δαμιουργοῖς Pol. XXIII, 5, 16 (nam -α- Nisseno auctore scribendum esse hoc loco pro δημιουργοῖς non minus mihi persuasum est quam Kaelkero p. 234, cuius exemplo p. 300 ad tuendam hanc scripturam allato addam hoc, quod maioris momenti est, testimonium

Quodsi apparet, quantum tunc iam valuerit ad commutandas formas Doricas κοινή dialectus, hoc nil habet miri, pertinuisse hanc vim etiam ad delectum verborum*).

Quod nunc, cum in fine versemur huius capitis, breviter ex titulo Andan. illustrabo. Ac primum quidem afferam, quae Doridis peculiaria esse credam:

ἧλημα (v. 104) detracto digammo factum est ex eo, quod exstat apud Hesychium βέλημα (ubi flagitante litterarum serie legendum est βῆλημα) cf. W. Schulze, quaest. Hom. spec. p. 41 (diss.). Quod vocabulum fuisse Laconum proprium Hesychius s. v. auctor est.

θοιναρμόστρια (v. 30) cf. C. J. G. I p. 682, 684, 686.

κλᾴξ (v. 92) pro κλῄς cf. Ahr. dial. Dor. p. 242, Theocr. XV, 33. — Fortasse huc pertinet: κατεγγυεύειν, quippe quae forma exceptis tit. Andan. (v. 69) et Thuriensi (Le Bas II 303[a], 3) nusquam legatur.

Iuxta haec vocabula Dorica non pauca exstant, quae quin fluxerint e sermone communi non est dubitandum:

διαβούλιον (172), quod perperam contendit Stichius (acta sem. phil. Erlang. II) p. 146 fictum esse a Polybio ad simili-

---

tituli Tegeaei ab Arcadibus sermone communi conscripti [cf. hui. d. p. 9] LeBas II 340a: δαμιοργοί)? Sane si quis Meisterum l. l. sequetur, dicet, ipsos apud Dorensium vel Pseudodorensium certos populos eas ortas esse contractis vocalibus ο-ε in ου; mihi quidem magis eo inclinat animus, ut κοινῆς quoddam vestigium apparere credam in illo diphthongi ου usu, idque obvium in vocis forma alioquin dorica: cf. id quod ex titulo illo Phocico (Ditt. 294, 78) repetivi τεττάροις, qua in forma habes et -ττ- e Boeotia sine dubio oriundum (cf. v. 42 ἱστάνθων fictum aspiratione Boeotorum propria) et -οις ex Aetolorum sermone, ut videtur, illatum. Quod si cui minus placebit, is certe concedet, aut de Polybii illo loco saltem valere, quae proposui, aut una iam corruptela laborasse, quod Livius legit apud Polybium δαμιουργοῖς. Nam et Arcades et Achaei (cf. Ditt. 182, 13) dixerunt δαμιοργοί, nec explicari potest, qua ratione usurpaverit Pol. formam quandam repetitam ex Argivorum vel Phocensium dialecto. —

*) de iis, quae ad σύνταξιν spectant, suo loco dicetur.

tudinem „consilii“ vocis Latinorum*); cf. Septuag. Ps. IX $_{23}$, Le Bas II 303^{a}, $_{19}$.

καταχολουθέω (5), vox a prioris aetatis sermone aliena, maxime usitata apud κοινούς cf. Kaelk. 301; praeterea invenitur apud Hipparchum astrologum p. 172 E, Ditt. 276, $_{4}$, Hicks 189, $_{3|4}$, ceterum. v. lex.

συμβίωσις (8), quod verbum primum occurrit apud Polybium V 81, $_{2}$ al. et satis frequenter in sermone communi cf. Cic. ad. Att. XIII 23 et tit. sepulc., ubi idem valet, quod coniux.

(ὑπ-)έχθεμα (59) cf. Pol. XXXI 10, $_{1}$, Sept. Esth. IX 17, C. J. G. I^{2} 2712 (Acraephiae); Phryn. ed. Rutherf. p. 319: ἔχθεμα βάρβαρον σὺ δὲ λέγε πρόγραμμα..

Novam e lingua vulgari duxerunt notionem haece verba:

ἀναστρέφεσθαι cum adverbio coniungitur, ut idem sit, quod „se gerere“ Latinorum, et in tit. Andan. 40, 43 et apud Polybium (cf. Ierus p. 53), et saepissime aliis quoque in inscriptionibus: Ditt. 347, $_{26}$, Le Bas II 352^{i}, Bull. XIII p. 415, $_{3}$, Ditt. 306, $_{5|6}$ al.

διάφορον apud Demosthenem (47 § 31, 33; 32 § 18) nondum est idem, quod pecunia numerata. Quam notionem induit Polybii demum aetate: vide IV 18, $_{8}$ κεχρυμμένον διάφορον VI 14, $_{6}$ al., tit Andan. v. 45 sqq.: τὸ διδόμενον αὐτῷ δ. εἰς τὸν στέφανον; Ditt. 255, $_{33}$: χρείαν ἐχούσας τᾶς πόλεως διαφόρων; Ditt. 347, $_{82}$, C. J. G. 2347^{c}, $_{55}$; cf. etiam Kaelk. p. 301.

ἔξοδος (50) positum est pro ἀνάλωμα, cf. Pol. VI 13, $_{1}$ et $_{2}$: ποιεῖν ἔξοδον. C. J. G. II p. 366, $_{34}$: γραφέτω δὲ καὶ τὰν ἔσοδον καὶ τὰν ἔξοδον τὰν γενομέναν ἐπ᾽ αὐτοῦ.

---

*) ita derivatum est a βουλή (cf. Etym. M. s. v.), ut verbi primitivi notionem retineat, id quod habes etiam in χωρίον. al cf. Kühn-Bl. II, 279, $_{4}$.

Verumtamen quae Stichius proposuit valent de voce συμβούλιον: Plut Rom. 14: κωνσίλιον γὰρ ἔτι νῦν τὸ συμβούλιον καλοῦσιν; cf. Qu. Fabii Maximi epistulam ap. Ditt. 242, $_{11}$, S. C. Tabis repertum Bull. XIII, 504, $_{8}$.

Verbo ἀποκαθιστάναι, quippe cui principalis subsit significatio „restituendi in pristinum statum", vetustiores scriptores nil addiderunt nisi accusativum, velut τοὺς πολίτας; contra apud Polybium etiam dativus ei adiungitur, ut multis locis idem valeat quod ἀποδοῦναι (reddere alicui aliquid), velut σῖτον αὐτῷ (VII 5, $_7$) al. Cuius usus habes hoc exemplum etiam in titulo Andan. 57: ἀποκαθιστάσθω τῷ ταμίᾳ τὰ διάφορα.

Quid sibi velit τοῖς ἐπικατασταθέντοις (12), non potes intellegere, si solum spectas ad usum antiquiorum scriptorum, velut Platonis, Aristotelis; ad Polybii libros accedas: invenies „substituendi, sufficiendi" vim accepisse hoc vocabulum: III 106, $_2$: ὁ μετὰ τὴν Φλαμινίου τελευτὴν ἐπικατασταθεὶς ὕπατος cf. IX, 4, $_5$, I 24, $_9$, cf. Ditt. 233, $_{85}$. Itaque rectissime interpretatus est Sauppeus hunc tituli Andaniensis locum „qui insequenti anno sorte constitueretur."

συντέλεια, sicut συντελής, dicebatur in rebus ad vectigalia solvenda spectantibus (gemeinschaftl. Beisteuer, steuerpflichtige Genossenschaft); quam significationem in sermone communi mutatam esse ad similitudinem notionis verbo συντελεῖν subiectae (ganz vollbringen) ex Polybii, Strabonis, Dion. Hal. libris cognosces. Apud Polybium enim exstat I 4, $_1$ ἡ τῶν ὅλων πραγμάτων συντέλεια cf. II 37, $_{10}$ al.; inde fluxit hoc tituli Andaniensis (60 et 184): ἁ τῶν μυστηρίων (καὶ θυσιᾶν) συντέλεια.

διάγραμμα vocabulum iam anno fere trecentesimo a Chr. n. ita esse usurpatum, ut esset „edictum" apparet ex epistula Antigoni I Ditt. 126, $_{26}$. Porro est in tit. Cret. C. J. G. 2556, $_{64}$, Le Bas II 303^a (Thuriae), C. J. G. 2671, $_{45}$, apud Polybium XXII 13, $_6$, nec deest in tit. And. (113 al.).

Iam supra dixi de verbo λειτουργεῖν (48, 76 al.); de vocibus δογματοποιεῖσθαι (57), κρίμα (102, 106), πίπτει (sc. τὰ διάφορα ἀπὸ = redit pecunia ex v. 45, 49 al.) ῥητῶς (56 „disertis ac planis verbis") infra dicetur.

Sed haec hactenus! Satis enim iam demonstratum esse spero, quatenus spectare videantur ad hanc quaestionem

singula genera monumentorum eorum, quae exempla nobis suppeditant sermonis saec. III II · I. Transeo nunc, cum non habeam, quae hoc loco monenda sint de titulis Atticis et Oropiis, ad alteram huius disputationis partem.

I.

— De verborum supellectili. —

Haud pauca, quae huc pertinent, allata sunt partim a viris doctis, quos laudavi p. 8, partim a me ipso, cum dixi de sermone papyrorum et titulorum Doricorum; unde verisimile fit, omnibus*), qui Polybii fere aetate graece scripserunt, multa communia fuisse in usu verborum, quae abhorruerunt ab antiquiorum consuetudine.

Quae cum ita sint, primum quidem passim nunc addam nonnulla, quae maxime digna esse videntur commemoratu, deinde ita informabo quaestionem, ut dicam singulis de verborum generibus, quae praecipue in deliciis fuerunt κοινοῖς.

1. De singulis vocibus aut novatis in sermone communi aut nova vi instructis:

Bonae aetatis scriptores semper, quantum scimus, „mittendi“ notionem expresserunt verbis ἀποστέλλω, (ἀπο)-πέμπω, al.**), nec alius erat usus Aristotelis (cf. Bonitzii ind.). Longe aliter res se habet inde a saeculi fere II initio. Nam constanter fere a Polybio***) usurpatum est ἐξαποστέλλειν

---

*) idque valere etiam de hominibus non Graecis graece scribentibus nec non de iis Graecis, qui dialecti peculiaris formas retinuerunt, demonstratum est.

**) Demosthenis ille locus p. 251, 5 (ἐξαποστέλλειν), qui vulgo affertur in lexicis, repetitus est e decreto quodam subditicio.

***) etiam veteris testamenti interpretes habuisse verbum ἐξαποστέλλειν, cognosces ex Deuter. 21, 14; cf. etiam Apollon. Perg. ed. Heiberg p. 1, 9 al. —

(ἐξαποστολή): cf. quae Wundererus adnotavit ad Stich (Acta Erl. II) p. 148: (Polybii) „libro tertio ἐξαποστέλλειν triginta fere locis legi moneo, ἐπαποστέλλειν (ἐξαποστ?) uno 94, $_6$, ἀποστέλλειν quattuor, στέλλειν ne uno quidem nisi fallor.“ Plane idem observavi in titulis et papyris post annum 200 a. Ch. conscriptis, e quibus haec exscripsi exempla verbi ἐξαποστέλλειν: Insc. Perg. 224 A, $_{19}$. — Ditt. 200, $_{19}$ (Lamps.), Ditt. 228, $_8$ (Abderae), C. J. G. 2271, $_{12}$ (Deli), C. J. G. 2347 ^{c} (Syri), C. J. G. 3069, $_{18}$ (Tei), C. J. G. add. 2349^b (Adram.) — Cau.^{2} 431, $_{28}$ (Mytil; iuxta ἀποστέλλειν), Bull. XIV 36, $_8$ (Acraephiae), Bull. X 431, $_{15}$ (Thessal. comm.), Bull. XIII 379, $_{15}$ (Pteleon) — Ditt. 215, $_8$ (contra 21 ἀποστέλλειν; Aetolorum); e Creticis titulis illis Tei inventis (cf. hui. disp. p. 27 adn.) antiquiores habent ἀποστέλλειν, recentiores ἐξαποστέλλειν (Le Bas III 76, $_2$ et 82, $_3$), — C. J. G. 4697, $_{20}$ (Aegypt.) Pap. Louv. 36, $_{20}$; 38, $_{20}$ al.; Viereck V A 28.

ἐξαποστολή exstat C. J. G. add. 2334^b, $_{41}$ (ubi tamen ἀποστέλλειν — Teni), C. J. G. I^2 20, $_5$ (Tanagrae).

διεξάγω non multo ante Polybii aetatem, ut videtur, fictum est. Etenim, cum nondum inveniatur apud Aristotelem, omnium in usu fuit inde ab initio fere saec. II: cf. Schweigh., lex. Pol. et hosce locos a me congestos: Le Bas III 2713^a (in epist. Antiochi III), Insc. Perg. 245 A $_{34}$, $_{36}$, Le Bas III 394 (Mylasae), Hicks 189, $_{19}$ (Aeginae cf. h. d. p. 10 adn.), C. J. A. II 1, 471, $_{85}$ — Cau.^{2} 431, $_{43}$ (Mytil.), Bull. XIV p. 45, $_8$, $_{14}$ (Acraeph.) — Ditt. 306, $_7$ (Amyclis), Le-Bas III 71, $_{24}$ (Creta) — Pap. Taur. I, papyr. 1, col. 2, $_{30}$.

Vocem διεξαγωγή habes Hicks 172, $_{60}$ (Creta, qui titulus fortasse iam ante annum 200 scriptus est) C. J. G. add. 2334^b, $_{54}$ (Teni), C. J. A. II 1, 628, $_3$, Insc. Perg. 163 p. 97.

Restituendum est verbum διεξάγω papyro Lugdun. G. 15, ubi Leemansius edidit: εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχεν . . . . . ἀγω[ν ἐπὶ τούτων] | τῶν τόπων; nec de notione verbi hoc loco debet dubitari. Coniunguntur enim apud Pol. I 71, $_1$ τοὺς κατ' ἰδίαν βίους διεξάγοντες, unde accipere potuit simplex vox διεξάγειν

vim „degendi vitam" plane eodem modo ac dictum est Pap. Louv. 12, $_{23}$: ὅπως μὴ ὑπὸ τῆς λίμου διαλύω (sc. τὸν βίον); et habemus insuper hunc Plutarchi locum Moral. p. 1090 B, ubi διεξάγειν accusativo non addito positum est de vivendo.

κατατολμᾶν, quod verbum antehac non usitatum Pol. II 13, $_{5}$ exhibet cod A $_{1}$, rectissime tuetur Buettnerus-Wobstius (ed. vol. I p. XV) contra lectionem alterius manus A $_{2}$ οὐκ ἐτόλμων. Etenim recte se habere verbi compositi scripturam, satis probatur non solum aliis Polybii locis, sed etiam hoc testimonio papyri Louv. 26, $_{19}$ accuratissime illius conscripti: τῶν πρὸς τοῖς χειρισμοῖς τεταγμένων κατατετολμηκότων . . cf. etiam Macc. II 3, $_{24}$.

πρώτως Ἀριστοτέλης καὶ Χρύσιππος λέγει· ἔστι δὲ διεφθαρμένον πάνυ τοὔνομα· λέγε οὖν πρῶτον, haec Phrynichus docet, cui optimo iure assentitur Rutherford p. 366: as a matter of fact, they do not exist at all before Aristotles time. Aliter videlicet iudicabimus de sermone communi. Legitur enim repudiata illa adverbii forma in decreto Prienensium ante Romanorum tempora exarato Ephem. 1886 p. 221 sq. A $_{12}$; in pap. Louv. 63, $_{181}$ (II saec.) exstat ἐπὶ τὴν πρώτως παρισταμένην, neque aliena erat ab Hipparchi sermone (cf. p. 127) (de usu posteriorum cf. Lob. Phryn. p. 312). Itaque non mutandum erat Pol. X, 11, $_{6}$ τοῖς πρώτως ἀναβᾶσιν in — πρώτοις —, quod Hultschius recepit.

Conferantur porro alia adverbia Polybii fere temporibus novata: ῥητῶς (pro διαῤῥήδην Atticorum): Pol. III 21, $_{4}$; 23, $_{5}$, XXI 3, $_{5}$, C. J. G. add. 2561^{b}, $_{76}$ et $_{82}$ (Pariorum?), Ditt. 388, $_{56}$ (Andan.), Pap. Louv. 63, $_{62}$, Hipparch p. 108.

ἐπισήμως, quod solius esse Polybii Kaelk. p. 298 credidit, invenitur praeterea non solum in Septuag. Ps. 73, $_{6}$, sed etiam in tit. Le Bas II 352^{h}, $_{16}$ (61 a. Ch. Mantin.): ἄγειν τὰν πομπὰν ἐπισάμως, quocum cf. Polybii illud: τὰς πομπὰς ἐπισήμως πομπεύουσιν VI 39, $_{9}$.

καθηκόντως Pol. V 9, $_{6}$; C. J. G. 4697 (Aegypt.), Bull. XIV p. 97, $_{4}$ (Halicarnassi, Rom. aet.). —

ἀχορηγησία, quod L. Dind. coniecit Pol. V 28, 4 pro ἀχορηγία, Polybii fuisse videtur; cf. quae eadem ratione ficta sunt in serm. comm.: ἀλιτουργησία C. J. G. add. 4315 n. et ἀφορολογησία Bull. X p. 301, 31.

διάληψις iam Aristoteli familiaris erat vox, ita tamen ut semper apud eum distinctionem quandam significet. Contra apud Polybium omnibus fere locis notionem habet „sententiae“ vel „consilii“, nec aliter valet in titulis: Hicks 174, 10 (Jasi), Le Bas III 83, 12 (Athamanorum, 193 a. Ch.), Newton II no. CLIII (διάλαμψις), Cau. [2] 437, 28 (Cymes Augusti aetate), aut in papyris Louv. 6, 28, Taur. I, 1, col. 8, 30 — cf. διαλαμβάνειν Vier. XVII, 11.

Paullo fusius nunc quaeram, quemadmodum ab usu priorum recesserint κοινοί in exprimenda notione „adveniendi in aliquem locum“. Qua in re vetustiores scriptores vulgo usurpasse verba: ἀφικνεῖσθαι, ἐλθεῖν, ἥκειν, sim. notissimum est; raro, siquidem Stephano fidem habere licet, illa significatio indita est verbo παραγίγνεσθαι*). At plane contrarium invenies apud Polybium: sane sint, ubi occurrat ἥκειν εἴς τινα τόπον (I, 11, 9, I 29, 10, II 6, 2 VII 18, 1, quibus locis hiatus vitandi causa hanc vocem praetulisse videtur Polybius) vel ἀφικνεῖσθαι (quod deest ap. Schwh., cf. tamen I 20, 1; 30, 5 al.), licet porro verisimile sit, Polybium saepius scripsisse infinit. fut. ἥξειν quam παραγενήσεσθαι: nihilo tamen minus affirmari potest, principatum, ut ita dicam, tenere verbum παραγί(γ)νεσθαι, quod primus, quantum scio, Polybius ita dixit de personis adiuncta praepositione εἰς, ut prorsus idem sit

---

*) Plerumque hoc verbum aut ea valuisse videtur, quae Astius habet in lex. Plat.: 1) „adsum, praesto sum“; 2) „accido, evenio“, aut addito vel supplendo dativo personae vertendum est „supervenio, auxilio venio“, sim. Ceterum etiam in titulis vetustioribus semper habes ἥκειν, ἀφικνεῖσθαι cf. C. J. A. II, 1, 50, 7; 51, 6; 86; 197, demum anno 314 no. 234 παραγενέσθαι apparet iuxta ἀφικνεῖσθαι.

quod nostrum „ankommen in“ *). Cf. Apollon. Perg. p. 1, 12. Idem animadverti etiam in titulis saec. III II I; ac tam constanter hic scriptum esse videmus παραγενόμενος εἰς τὰν πόλιν (Ditt. 252, 5) sim., ut paucas tantum pro ingenti numero omnium exemplorum huius regulae deprehendas exceptiones; repperi autem ἀφικνεῖσθαι **):

saec. III: Ephem. 1885 p. 141—142, 6 (Athen.) et aliis in inscr. Att. huius aetatis, Ditt. 155, 12 (Deli), C. J. G. 2374 (marm. Par.), Ephem. 1883 p. 211—212 (Epidaur.), Ditt. 165, 6 (Bargyl.),

saec. II: C. J. G. 2155, 13 (cleruch. Att.), C. J. A. II, 1, 593, 12; Le Bas III, 281, 28 (artif. Dion.), Papers I, 7, 22 (attamen παραγίνεσθαι ibid. 4 et 10 — inc. orig.) Papers I, 8, 27 (in eodem tit. etiam παραγ. — Stratonic.)

saec. I: C. J. G. 2347 c, 8 (Syri).

Sed satis, ut spero, ex hisce apparet de κοινῶν communi usu. Scribamus igitur: C. J. G. add. 2334 b, 26 (inc. orig.; ante Rom. temp.?):

pro . . . . ἀφικό]μενος εἰς τὴν πόλιν:
. . . . παραγενό]μενος. . .

Verbum κρίνειν varie valet apud antiquiores scriptores, ita tamen, ut omnes significationes facile explicari possint ex naturali illa ac principali, quae subest huic voci, vi „secernendi“. Ad Polybii dictionem si animos advertemus, elucebit, eandem fere notionis mutationem subisse hoc verbum ac facta est prioribus iam temporibus in δοκεῖ μοι ***). Quod cum ex

---

*) innumerabilium huius usus exemplorum ne pauca quidem attulit Schw.; nonnulla ipse proferam, cum dicam de forma (παρα)γενηθῆναι.

**) semper, ut videtur, coniuncta sunt: ἐπελθόντος ἐπὶ τὸν δῆμον sim.: cf. C. J. G. 3067, 39 (Dion. techn.) et tit. Cret. Tei rep. —

***) iam apud Atticos scriptores et apud poetas tragicos raro praegnantem, ut dicunt, habet notionem „secernendi (iudicandi) cum assensu quodam“ cf. Aeschyl. Agam. 471 κρίνω δ'ἄφθονον ὄλβον. cf. Isocrat. p. 50 A. τὰ ὑφ' ὑμῶν κριθέντα (quae vobis probantur). Inde facile nasci potuit significatio „constituendi“.

exemplis a Schwh. allatis minus planum fiat, hisce illustrabo:

I, 11, $_2$ ἔκριναν βοηθεῖν (constituerunt auxilio venire), VIII 5, $_2$, ἔκριναν ποιεῖσθαι τὰς προσβολάς, cf. 21, $_3$; 34, $_2$, IX, 5, $_6$; 10, $_2$ al. Gemina exempla exstant in titulis:

Arch. Mitt. VIII 96, C, $_{20}$ (Eumenis II et Attali epist.): κ. πέμπειν; C. J. G. 4474, $_2$ (Antioch. XIII); Ditt. 253, $_{12}$ (Ephes.); Ditt. 247, $_{24}$ (Letaeorum); Ditt. 215, $_5$ (Aetol.); in pap. Louv. 26, $_{36}$ et apud Hipparchum p. 97.

De pecuniis, quae alicunde redeunt, vulgo Polybii aetate dictum est πίπτειν:

cf. Pol. II 62, $_1$, ἑξακισχίλια τάλαντα πεσεῖν τοῖς Λακ. ἐκ τῶν λαφύρων. Ditt. 248, $_{172}$ (Olbiae): τὰ δ᾽ἀπὸ τῶν προσόδων πίπτοντα; C. J. G. 2448 V, $_4$ (Therae) τὰν πίπτουσαν πόθοδον; Ross. insc. gr. ined. II 198, $_{14}$; Le Bas II 303^a (Thuriae) de tit. Andan. cf. h. d. p. 32. Pap. Lugd. Q $^5/_6$, Pap. Louv. 62, Col. 4, $_{14}$ al.

χωρίζεσθαι ἀπό τινος adeo omisit propriam vim apud Polybium, ut coniungatur cum praepositione εἰς:

V, 2, $_8$ χωρισθεὶς εἰς Χαλκίδα, cf. Pap. Lug. D, 15 προσχωρισθέντος σου εἰς τοὺς ἄνω τόπους; Pap. Louv. 15, $_{25}$; 22, $_{14}$.

Quapropter Ditt. 252, $_{30}$ (Chersonnesi, saec. I) utique recte se habet: εἰς τοὺς κατὰ Βόσπορον τόπους χωρισ[θεὶ]ς, quod Dittenbergerus retinuit in exemplo, in dubium vocavit in adnotatione.

Nusquam ante Polybium coniunctum est προσπίπτει τί μοι, ut idem sit quod: „aliquid mihi ad aures venit". Primo hoc legitur Pol. I 16. $_1$ προσπεσόντων εἰς τὴν Ῥώμην τῶν προτερημάτων, al. II, 53, $_5$ ἅμα τῷ προσπεσεῖν αὐτῷ, διότι. Neque aliter interpretandum erit: III, 13, $_3$ προσπεσούσης οὖν τῆς Ἀσδρούβου τελευτῆς. Et plane idem habes in papyro a Wilckeno ed. no. VIII $_3$ ἐπεὶ προσπέπτωκεν ἡμῖν; pap. Louv. 63, $_{30}$. Perperam igitur Leemansius Pap. A $_{25}$ προσπεπτωκότος

μοι τὴν Μάρμωτιν ἐμὲ ἐνκεκλημματογραφηκέναι*) vertit „cum mihi acciderit“ etc.

Converto me ad describendam sermonis proprietatem, quae item non erat Polybii solius propria sed communis omnium, qui tunc scripserunt. In eo autem posita erat, quod maxime studuerunt κοινοί, exprimere singularum vocum notiones simplices ampliore quodam plurium verborum circuitu. Inde factum est, ut apud Polybium in unaquaque fere pagina scriptum legamus συμβαίνει c. infinit., ubi satis erat ponere simplex verbum; haece exscripsi exempla ex Hultschii ed. vol. I²: p. 41, 15 ἀγωνιῶν, μὴ συμβῇ . . . λαβεῖν (pro λάβῃ), p. 42, 18 διότι συμβαίνει ἡττᾶσθαι (ἡττῶνται), p. 46, 13 εἶναι συμβαίνει (ἐστίν); sim. p. 48, 6, p. 49, 4, p. 51, 8, p. 54, 17 (Σικελίαν τῇ θέσει τετάχθαι συμβαίνει πρός), p. 55, 6, p. 59, 4, p. 60, 2 (συμβαίνει τοῦ Λιλυβαίου τοῦτον ἀπέχειν τὸν τρόπον), p. 62, 25, p. 63, 4, 14, 24, p. 65, 26 al.

In titulis inveni: Ditt. 200, 54 εἶναι συμβαίνει, Ditt. 247, 14 ὃν συμβάντος ἐν τῇ μάχῃ τελευτῆσαι, Ditt. 252, 12 et 25 συνέβα γενέσθαι (cf. Pol. V 84, 6 ὃ καὶ τότε συνέβη γενέσθαι), Hicks 179, 15 συνέβη περιπεπτωκέναι, cf. C. J. G. 2693, d, 6|7, C. J. G. add. 2561, b, 35; C. J. G. 4896, C, 11; C. J. G. I² 303, 4; 411, 23; Le Bas III 75, 12; C. J. A. II 1, 624, 5; Insc. Perg. 248, 10–13; Bull. VI 254, 7; Ephem. 1884, p. 47 sq. 8 et 27. In pap. Louv. 6, 17: συνέβη λυμανθῆναι, apud Geminum saepe συμβαίνει γίνεσθαι, p. 21 συμβαίνει συμφωνεῖν al.

Non minus huc pertinet dicendi quidam usus, quem hisce illustrabo exemplis e Polybio repetitis: II 15, 4 δαψιλεία τῶν πρὸς τὴν τροφὴν ἀνηκόντων (abundantia victus), VI 12, 4 ὅσα δεῖ διὰ τοῦ δήμου συντελεῖσθαι τῶν πρὸς τὰς κοινὰς πράξεις ἀνηκόντων, XXVIII 17, 2 πολλὰ τῶν εἰς φιλανθρωπίαν ἀνηκόντων ἐπεμέτρησεν. Sed iam elucebit additum illud τὰ ἀνήκοντα εἰς

---

*) sic enim scribendum esse (non: ἐνκεκλημματο γραφηκέναι) L. ipse in „addendis“ recte perspexit.

saepe plane nil valere ad sententiarum rationem. Vix invenies tale quid apud bonae aetatis scriptores; etenim quae vulgo Demosthenis esse dicuntur p. 1389, $_{21}$ τὴν ἀνδρείαν μόνον αὐτοῖς τῶν εἰς ἀρετὴν ἀνηκόντων ὑπάρχουσαν ἑώρων (= τῶν ἀρετῶν), et p. 1390, $_{17}$ τὰ εἰς γένος ἀνήκοντα (= τὸ γένος) arcessita sunt ex epitaphio, quem spurium esse nemo non concedet. Contra saepissime occurrit haec structura posterioribus in titulis, ubi sollemnis formula erat: τὰ εἰς τὴν τιμὴν καὶ δόξαν ἀνήκοντα συνκατασκευάζειν vel συναύξειν: Ditt. 156, $_{33}$, Ditt. 166, $_{11}$, C. J. G. 3067, $_{11}$, Le Bas III 338, $_{8}$, Insc. Perg. 167, $_{9}$, Le Bas III 2713^{a}, C. J. G. 4697, $_{31,34}$.

---

2. Transeat nunc disputatio a singulis rebus ad generum descriptionem.

a) Ac primum dicam de verbis parasynthetis, quae in -έω exeunt.

Notissimum est cum ceterarum, tum Graecae linguae naturam eo inclinatam fuisse, ut in unius verbi ambitum coniungeret duas vel plures voces aliqua sententiarum ratione artissime inter se conexas. Habemus igitur nomina ἀχθοφόρος (ἄχθος φέρων), *ψυχομάχος (cf. ψυχομαχέω) (ψυχῇ μαχόμενος), εὔστοχος (εὖ στοχαζόμενος) sim.

Nec tamen acquievit lingua hisce in nominibus compositis; saepe enim hominum eorum, qui notabantur vocibus illis compositis, actio quaedam erat appellanda; quod commodissime fieri potuit derivatis verbis in -έω cadentibus; sic nata sunt ἀχθοφορέω, ψυχομαχέω, εὐστοχέω, sim. (cf. Bl.-Kühn. I, 2 p. 336 sq.)*). Apparet autem, cum iam ἀχθοφόρος sim. speciem prae se ferant sermonis cuiusdam exculti et artificiosi, multo

*) neque aliter fortasse explicanda erit origo verborum γεφυροποιεῖν, γεωμετρεῖν, al: γέφυραν ποιῶν — *γεφυροποιός — γεφυροποιεῖν, sicut factum est: ἀλλότρια πράττων — adi. *ἀλλοτριοπραγής — ἀλλοτριοπραγέω. —

magis remota esse a nativa ac principali linguae indole talia, qualia sunt εὑρεσιλογέω, ἑλληνοκοπέω, παλινδρομέω, sim. Quae cum ita sint, primum quaeramus, quinam apud Polybium appareat horum verborum usus, deinde afferam exempla ex inscriptionibus et papyris repetita.

Habes hunce indicem verborum in -έω parasynthetorum e Polybio haustum*):

ἀβλεπτέω
(δι)αγωνοθετέω
ἀδυνατέω
αἰτιολογέω (XII $_{25}{}^{i}$; deest ap. Schw.)
† ἀκληρέω (ἄκληρος)
ἀκριβολογέω
† ἀλλοτριοπραγέω (ἀλλοτριοπραγμοσύνη ductum ab — γμων)
[ἀμφιδοξέω]
ἀναισχυντέω
† ἀνδραγαθέω (ἀνδραγαθία — ιζομαι)
ἀνθρωποφαγέω (Herod. ante Pol.).
ἀντοφθαλμέω
† ἀπραγέω (ἀπράγμων, -συνη, ἄπρακτος)
ἀργυρολογέω**)
ἀριστοποιέομαι
† ἀστοχέω (ἄστοχος)
αὐτονομέω
ἀφροντιστέω
ἀφυλακτέω
† ἀχθοφορέω (ἀχθοφόρος Herod.)
ἀψευστέω; att. ἀψευδέω
† ἀψιμαχέω (ἀψιμαχία)

———

βιαιομαχέω
βουθυτέω

———

*) litteris latius distantibus eae conspicuae sunt voces, quae ante Polybium non occurrunt. Quadratis autem uncis ([ ]) inclusi verba ea, quae leguntur iam ap. Aristot. vel Theophr. Asteriscum (†) apposui, ubicunque priore aetate, quamvis nondum appareat forma in έω derivata, occurrit tamen iam earundem vocum compositio (antiquius autem hoc compos. uncis inclusum addidi). Hastam (—) adieci, si ap. Aristot. composita iam exstant eadem verba, sed nondum cadunt in -έω. —

**) Pol. III, 13, 7 utique secundum cod. Vat. legendum est ἀργυρολογήσας, non ἀργυροπωλήσας, quod habent C D E

γεφυροποιέω
γεωμετρέω
† γονυπετέω (γονυπετής Eurip.)

δεινοπαθέω
δειπνοποιέομαι
† δεισιδαιμονέω (δεισιδαίμων)
δικαιοδοτέω (deest apud Schw., locum notare omisi)
δικαιολογέομαι
διχοτομέω
δογματοποιέομαι
δολοφονέω
δοξοποιέω
δορυφορέω
† δυσελπιστέω (δύσελπις, δυσέλπιστος)
δυσθετέω
† δυσχρηστέω (δύσχρηστος)
δωροδοκέομαι
δωροφορέω

ἐγκακέω
ἐθελοκακέω (Herod. ante Pol.)
ἑλληνοκοπέω
† ἐμπειρέω (ἔμπειρος)
[ἑνοποιέω]
ἐργολαβέω
† εὐκαιρέω (εὔκαιρος, -ία cf. Phryn. p. 125 Lob., 205 Ruth.)
εὑρεσιλογέω
† εὐστοχέω (εὔστοχος)
† εὐχαριστέω *) (εὐχάριστος cf. Phryn. p. 18 Lob., 69 Ruth.)
† εὐχρηστέω (εὔχρηστος)

ζηλοτυπέω
ζυγοστατέω

θαλαττοκρατέω
† θαλαττουργέω (θαλαττουργός)
θυμομαχέω
θυρεοφορέω

---

† ἰδιοπραγέω (ἰδιοπραγία)
ἱεροσυλέω
ἱπποκρατέω
ἰσοδυναμέω
ἰσοῤῥοπέω
ἱστιοδρομέω *)
ἰσχυροποιέω

καινοποιέω (Soph. iam ante Pol.)
καινοτομέω
† κακομηχανέω (κακομήχανος Hom.)
κακοπαθέω
† κακοπραγμονέω (κακοπράγμων, -όνη)
καλλιερέω

---

*) legitur etiam in Hippocratis epist. subdit.

καραδοκέω
καταταχέω
κενοδοξέω (deest. ap. Schw. cf. XII 26c, 4)
κληρονομέω
κλινοκοσμέω
κοινολογέομαι (vide infra)
κοινοπραγέω
κρεαφαγέω (Hippocr. ante Pol.)
κριοκοπέω
κωλυσιεργέω
κωπηλατέω (Eurip. iam ante Pol.)

λαφυροπωλέω
λειτουργέω
λογοποιέω

μακρολογέω
ματαιοπονέω
μαχαιρομαχέω
μεγαλαυχέω
† μεσολαβέω (μεσολαβής Aesch.)
† μεμψιμοιρέω *) (μεμψίμοιρος)
μισθοδοτέω
μισθοφορέω
μισοπονηρέω
μνησικακέω
μονομαχέω
μωροποιέομαι (XXIX 9, 1; deest. Schw.)

ναυαρχέω
ναυπηγέομαι
νευροκοπέω
[νεωλκέω]
νομοθετέω
νουθετέω
νυκτοπορέω (vide infra)

ξενηλατέω
ξενολογέω
† ξυλοκοπέομαι (ξυλοκόπος)

οἰκονομέω
οἰνοχοέω
ὁμογνωμονέω (cf tamen Ruth. Phr. 476 sq.)
ὁμοδοξέω
ὁμοπλοεῖν
† οὐραγέω (οὐραγός)
ὀχλαγωγέω
ὀχυροποιέομαι

παλινδρομέω (ante Pol. Hippocr.)
πειθαρχέω
περικακέω
— πολιοφυλακέω (πολιτοφύλαξ)
πολιτογραφέω
πολυπραγμονέω
πραγματοκοπέω

*) Demosthenis locus exstat in decr. subdit.

πραξικοπέω
πυργομαχέω

ῥαθυμέω
ῥησικοπέω (deest ap. Schw. cf. XII 25[1])
ῥιψολογέω
ῥυμουλκέω

σιτολογέω
— σιτομετρέω (σιτομέτρης cf. Phr. p. 383 L., 477 R.)
[σκηνοποιεῖσθαι]
στιβαδοκοιτέω
συνεργέω
συντερμονέω
σφαιρομαχέω
σωμασκέω
σωματοποιέω

ταυτολογέω
ταχυναυτέω
ταχυπλοέω
† [τελεσιουργέω] (τελεσιουργός)
τριηραρχέω

υἱοποιέομαι

† φιλανθρωπέω (φιλάνθρωπος, — ία)
† [φιλοδοξέω] (φιλόδοξος)
† φιλοζωέω (φιλόζωος)
φιλομαθέω
φιλονικέω
φιλοποιέομαι
φιλοποιστέω
† φιλοστεφανέω (φιλοστέφανος Hom. hymn., Eur.)
φιλοστοργέω
φιλοτεχνέω
φιλοτιμέομαι
† φιλοχωρέω (φιλοχωρία)
φορολογέω
φυγομαχέω

χειμασκέω
χειραγωγέω (deest Schw. — cf. XII 28[a], [9])
χειροτονέω
χορηγέω

[ψευδογραφέω]
ψευδοδοξέω
ψευδολογέω
ψευδοποιέω
ψυχαγωγέω
ψυχομαχέω

ὠτακουστέω

Habemus igitur apud Polybium verba parasyntheta 169. E quibus abhorrent a bonae aetatis dictione 83+7, quae leguntur iam apud Aristotelem*) aut Theophrastum. Exempla 79 tantum iam ante Aristotelem in usu fuerunt. Ac ne haec quidem omnia inveniuntur apud meri sermonis Attici auctores, qui nusquam fere adhibuisse videntur talia parasyntheta nisi ad significandam actionis quandam diuturnitatem vel consuetudinem ac negotium**). Quapropter licet fortasse colligamus, haud mediocriter ab Atticorum dialecto recessisse Polybianum dicendi genus ipso horum vocabulorum ampliore usu***).

Accedit aliud; etenim eorum, quae collegi exemplorum, 52 (+7) a bonae aetatis sermone aliena sunt non solum eo, quod parasynthetorum exhibent formam, sed eo etiam, quod apparent in eis coniuncta verba quaedam, quae ab antiquioribus nondum inter se conectebantur †).

---

*) demonstrari potest, saepe in eadem re Aristotelem etiamtunc usurpasse εἶναι c. adi. vel sim., Polybium adhibuisse verbum parasynthetum: δεισιδαίμονα εἶναι Aristot. Pol. 1315[a] (nusquam apud eum δεισιδαιμονεῖν), contra Polybius δεισιδαιμονεῖν X, 2, 9 (nusquam, quantum scio, δεισιδαίμων); similiter τὸ φιλάνθρωπον εἶναι Arist. Περὶ ἀρ. καὶ κακ. 8, 1251[b], 35 — contra Pol. φιλανθρωπεῖν; Aristot.: δημαγωγεῖν τὸν ὄχλον (cf. Bon. indic.) — Pol.: ὀχλαγωγεῖν; Aristot.: φιλόζωοι — Pol.: φιλοζωοῦντες (XI, 2, 11) — al.

**) nonnulla ante Polybium leguntur solum apud Herodotum, Hippocratem, poetas tragicos, multa non nisi apud Xenophontem.

***) habes etiam πιεζέω (cf. Hultsch quaest. Pol. I, p. 14), formam e dialecto Jonica arcessitam, nec tamen, ut videtur, prorsus alienam ab Aristotelis usu, ῥιπτέω (cf. Schw.), quocum conferas γεγράφηκα Ditt. 171, 101 in decr. Smyrnaeorum. Ceterum multis id genus verbis notio quaedam indita est, quae quin abhorruerit ab incorruptae Atthidis indole, non est dubitandum; scripsit Polybius, ut hoc afferam, VI, 39, 13 σιτομετροῦνται οἱ πεζοί (frumentum accipiunt). Apud Atticos videlicet nil valere potuit σιτομετρεῖν nisi „to hold the office of σιτομέτρης" (Rutherf. p. 477).

†) adnotandum est, multa eorum compositorum, quae prioribus iam usurpabantur temporibus, tunc non exstitisse nisi in sermone Jonico: cf. ἀχθοφόρος, ἐθελοκακέω, κρεαφαγεῖν, παλινδρομέω; νυκτοπορέω etiam Xen. in suum usum convertit, cf. νυκτοβατία Hippoc., νυκτομαχία Herod. (a mera Atthide tale quid afuisse videtur); similiter fortasse iudicandum est de κοινολογέομαι, -ία. — γονυπετής, κακομήχανος, sim. poetis iam in usu erant. —

Sed longum est, diligentius inquirere hoc loco in componendi rationem κοινῆς propriam*). Convertam me ad titulos et papyros; e quibus me longe non omnia, quae huc pertinent, exscripsisse, valde doleo. Attamen iam ex hisce, quae nunc proferam, credo, aliquid posse intellegi.

Exstant et apud Polybium et in titulis aut papyris eiusdem fere aetatis:

ἀδυνατέω Pap. Louv. 35, 36.

ἀντοφθαλμέω Pap. Louv. 63, 43 — cf. LXX Sirac. 19, 5 al.

δικαιοδοτέομαι Pap. Louv. 61, 6; Ditt. 263, 4 (Pergam.).

δικαιολογέομαι A. Peyron I p. 106.

δογματοποιέομαι Ditt. 388, 57 (Andan.).

δωροδοκέομαι Ditt. 295, 13 (Athen. = C. J. A. II 564).

ἐργολαβέω Bull. XIV 389 sqq. (Deli).

† εὐχαριστέω (εὐχάριστος) Le Bas III 65, 70, 72; C. J. G. add. 2374, e, 41, Le Bas II 242ᵃ, 6 al.**)

† εὐχρηστέω (εὔχρηστος) Vier. III, 13.

καλλιερέω Ditt. 246, 65 (Sesti).

κοινολογέομαι Arch. ep. Mitt. VIII 96 B, 16 (Eumenis II); praeterea exstat ap. Herod. VI 23, ap. Thuc, VII 86, — Aristot. Polit, II, 8, Diod. XIX, 46 (κοινολογία inv. apud Hippocr. et ap. Pol.).

---

*) hoc tamen addam, multis in compositis alteram vocem propriam vim prorsus amisisse; coniunguntur enim apud Polyb. λαφυροπωλεῖν τὴν λείαν (IV, 77, 5); cf. etiam quae dixi p. 18 de λειτουργεῖν, porro quae exposuit Jerusalemus l. l. de notione vocum κακοπαθία, καλλιερέω etc. Ceterum similiter scripserunt Vaxii Cretenses (saec. II): τεκνοποιεῖσθαι υἱοὺς δύο (Bull. VI, 461, 12). Conferri potest Polybii φιλόφιλος I, 14, 4, nec scio, an retinendum sit πραγματοποιία XXXVII, 1, 11, quo loco nunc ex Naberi coniectura legitur πραγματοκοπία — cf. etiam φονοκτονία in vet. test. —

**) cf. Lob. Phr. p. 18, Ruth. p. 69. Exstat autem etiam in Hippocratis epist. subdit. p. 1284, 31, in decreto Demosthenis orationi de corona inserto p. 257, apud Posidonium (Athen. V 213 E).

† μεσολαβέω (μεσολαβής Aeschyl.) Bull. VII 301, $_{10}$ (Synnad.).

μισθοδοτέω Ditt. 233, $_{47}$ (Delphis).

πολιταγραφέω τινά Ditt. 171, $_{54}$ (Smyrn.) Ditt. 253, $_{41}$ (Ephes.), Ditt. 165, $_{30}$ (Bargyl.), Le Bas III 334 (Olympi), Ath. Mitt. VII 64, $_{26}$ (Phil. V).

πραξικοπέω Arch. ep. Mitt. VIII 96 A, 7 (Eumen. II).

† φιλανθρωπέω (φιλάνθρωπος-ία) C. J. G. 4697, $_{12}$ (Aegypt.) — cf. Macc. II: XIII, 23.

† [φιλοδοξεῖν] (φιλόδοξος) Ditt. 246, $_{88}$ (Sesti), Ditt. 383, $_{9}$ (Scyri), Rang. II 675, $_{21}$ (Salamis).

φιλοτιμεῖν Ditt. 383, $_{8}$ (Scyri).

χειραγωγεῖσθαι Pap. Louv. 63, $_{55}$.

Praeterea habes etiam in titulis et papyris: βουθυτεῖν, λειτουργεῖν, ναυπηγεῖσθαι, οἰκονομεῖν, χορηγεῖν al.

Primo leguntur aut in titulis aut in papyris:

† ἀγορανομέω (ἀγορανόμος-ομιον) Ath. M. VIII 329.

ἐγκληματογραφέω (lex. add.), Pap. Lugdun. A. 26, ubi coniunctum est c. acc. pers.

† εἰρηναρχέω (lex. add. — εἰρηναρχής Xen.) Ath. M. VIII 329.

(ἐν)αυλοστατέω (lex add.) C. J. G. add. 2561, b, $_{81}$.

(ἐν)οικιολογέω (lex. add.) Pap. Louv. 22, $_{19}$, ubi coniunctum est c. acc. τάλαντα.

ζημιοπρακτέω A. Peyron II 6, $_{15}$.

καιροτηρέω (etiam ap. Diod. XIII 21 et XIX, 16), Pap. Louv. 22, $_{26}$ (c. acc. ἡμᾶς).

κοινοποιεῖσθαι C. J. G. 2906, $_{11}$.

κρεαδοτέω C. J. G. 2906, $_{5}$.

κρεωπωλέω (Macho κρεωπώλης) Bull. XII 17, $_{8}$.

κτηματωνέω (lex. add.) Le Bas III 338, $_{9}$ et 415 (i. q. κτήματα ὠνεῖσθαι).

λοιπογραφέω Hicks 204, $_{23}$ λ. τὴν συγγραφήν.

† νομογραφέω (etiam ap. Diod. XVI 70; νομογράφος Plat. Phaedr. 278 E), Vier. IV $_{18}$: Σῶσον τὸν νομογραφήσαντα ἐπὶ καταλύσει i. q. νόμους γράψαντα, cf. Ditt. 126, $_{54}$ τὰ βέλτιστα νομ.

ξυλογραφέω C. J. G. 2448 VIII, $_{25}$.

πανηγυριαρχέω Athen. Mitt. VIII 329.

† σιτωνέω (σιτώνης, σιτωνία) Ditt. 248, $_{65}$ (Olbiae): σιτωνῆσαι i. q. σῖτον ὠνεῖσθαι, Athen. Mitt. VIII 329, Bull. X p. 103, $_{12}$ (quos Dind. in thes. praeterea affert titulorum locos posterioris sunt aetatis).

στεγνοποιέω Insc. Perg. 158, $_{15}$, ubi cf. quae Fraenkelius exposuit de notione.

στηλογραφέω Insc. Perg. 245, C, $_{60}$: ἐστηλογράφηται.

φιλαγαθέω (lex. add.) Bull. XIII 336, $_{22}$, C. J. G. 3521, $_{8}$ (Kaelk p. 300) (= Le Bas III 499, $_{8}$?).

† φιλαργυρέω (etiam Maccab. II X 20 — φιλάργυρος, -ία apud Atticos et Pol.), Vier. I $_{12}$.

Iam apud Aristotelem occurrunt:

† [βουλαρχέω] (βούλαρχος Aeschyl.) Ath. M. VIII 329.

[χρονοτριβεῖν] Pap. Louv. 33, col. 2.

Iam apud Hippocratem obvium est:

στενοχωρέω C. J. G. vol. I^2 190, $_{19}$ (-ία Att. et Pol.), apud Herodotum: χρυσοφορέω Ath. M. VIII 329.

Quamquam haec hactenus!

Hoc saltem vidimus, omnium κοινῶν*) proprium fuisse ampliorem quendam usum verborum parasynthetorum in -έω

---

*) cf. Wiener, Gr. d. nt. Spr. 8 Aufl. (1894), ed. Schmiedel I, § 3, 2, e. Ac ne hoc quidem neglegendum est, quod compluribus locis acriter invehitur Phrynichus in eiusmodi verborum usum: p. 122 (Lob): καλλιγραφεῖν, διαλελυμένως λέγουσιν ἐκεῖνοι εἰς κάλλος γράφειν; p. 382: συγγνωμονῆσαι οὐ χρὴ λέγειν, ἀλλὰ συγγνῶναι, p. 383: σιτομετρεῖσθαι μὴ λέγε. λύων δ'ἐρεῖς σῖτον μετρεῖσθαι cf. p. 390: χρεωλυτῆσαι — εὐχαιρεῖν, εὐχαριστεῖν, μεσοπορεῖν. —

exeuntium, eosdemque multa partim ab Ionum dialecto repetiisse partim ipsos novasse composita vocabula ab Atthide abhorrentia.

---

b) Paucis nunc absolvam, quae exponenda esse videntur de usu adiectivorum in -ικος cadentium. Proficiscar autem a sententiis nonnullis, quas viri quidam docti protulerunt ad Polybii verba in integrum restituenda.

I 20, $_3$ et multis aliis locis Dindorfius (praef. vol. I p. XLIX) coniecit librariorum incuriae deberi formam πεζικός coniunctam cum voce δύναμις vel sim. Scripsit igitur πεζός.

XXII 13, $_6$, ubi exstat ἦσαν δὲ περὶ τῶν φυγαδικῶν . . . ἀντιῤῥήσεις τινές . . . Naberus (Mnemos. VI 360) scripsit φυγάδων, Hultschius retinuit formam in codice obviam, idque propterea, quod neutrum esse credidit φυγαδικῶν.

XXVIII 16, $_8$, non solum Ursinus exhibet περὶ σιτικῆς ἐξαγωγῆς, sed etiam qui transscripsit cod. O, idem in exemplari habuisse videtur. Nunc hoc adiectivum a Nabero l. l. commutatum est in σίτου, prorsus explosum est ab Hultschio.

Quaeramus igitur, quid iudicandum sit de hisce coniecturis.

In universum satis notum est, adiectiva in -ικος exeuntia, quae quidem a nominibus ducta sunt, cum prorsus fere aliena fuerint ab antiquissimi aevi sermone, permulta exstitisse florentibus litteris Atticis (cf. Budenz, das Suff. -κός im Griechischen p. 7). Nec tamen Atticae regionis finibus circumscriptum mansisse frequentem eorum usum, ex Polybii libris apparet. Etenim non minus 135 id genus exempla obiter perlustranti mihi sese obtulerunt apud Polybium *),

---

*) haece desunt apud Schweighaeserum: ἀρχαικός XXIV, 11, $_4$; βυβλιακός XII, 25^h; γεωγραφικός XXXIV, 7, $_5$; διεξοδικός XII, 25^b, $_4$ et 26^c, $_6$; διαιτητικός XII, 25^d; διατριβικός XII, $25^{i \text{ et } k}$, 26^c, $_6$ (lex. add.); διηγηματικός XXXIX, 2, $_1$; ἐμπειρικός XII, 27^a, $_3$; ζωγραφικός XII, 25^h; ἠθικός XII, 26^c; ἰατρικός XII, 25^d; μεταβολικός XXXIX, 1, $_6$; μυθικός XXXIX, 2, $_1$; παραγγελματικῶς XII, 26, $_9$; ποδαγρικός XXXVII, 6, $_2$;

e quibus haud pauca ante Aristotelis fere tempora nondum in usu fuisse videntur. Afferam autem ea tantum hoc loco, quae leguntur etiam in titulis:

ἀποδεικτικός primo usurpatum ab Aristotele non rarum est apud Polybium (cf. II 37, $_{8}$ al.). Idem scriptum est C. J. G. add. 2561, b, $_{69}$ (Pariorum?).

κηδεμονικός paullo ante Polybii aetatem demum fictum esse videtur cf. Pol. XXXII 13, $_{12}$, Bull. XIII, 525, $_{16}$ (Antioch. II), Hicks 179, $_{15|16}$ (Aegypt.), LeBas III 409 (Mylasae), C. J. A. II, 1, 469, $_{58}$ et 470, $_{39}$ (saec. I).

πραγματικός (pro πρακτικός Atticorum) ante saec. II non videtur in usu fuisse. Polybio haec vox maxime erat familiaris (cf. Schw.), nec deest in titulis: Hicks 189, $_{7|8}$ (cf. h. d. p. 10 adn.): ἡ πραγματικὴ ... εὐταξία, C. J. G. 4896, C, $_{8}$ (Aeg.), οἱ πραγματικοί (qui publico munere funguntur cf. A. Peyron, II p. 59 sq. et Pap. Louv. p. 165) *).

προγονικός non occurrit ante Polybium, qui multus erat in huius vocis usu; iam conferas titulos: Bull. IV 354, $_{13}$ (Cnosiorum, saec. II), Bull. XIV 189, $_{33}$ (Acraeph.) C. J. G. add. 2561, b, $_{37}$, $_{47}$ (Pariorum?), C. J. G. 3386 (Sami) et Pap. Louv. 14, $_{12}$, 15, $_{12}$, Taur. I pap. 1, Col. 1, $_{22}$.

σωματικός et ψυχικός inde ab Aristotelis aetate saepissime sunt adhibita; utraque vox est etiam ap. Ditt. 228, $_{20}$ (Abderae).

De adiectivo βιωτικός, quod originem traxit a verbo βιόω, cf. Lob. Phr. p. 354. Addam locis a viro doctissimo congestis: C. J. A. II 1, 482, $_{28}$ (saec. I) ἐν ταῖς βιωτικαῖς δαπάναις et Hipparch. p. 97.

Quae cum ita essent, facile fieri potuit, ut notio quoque horum adiectivorum paullatim latius patere inciperet. Itaque Pol. XVIII 48, $_{7}$ κοινωνικῶς χρῆσθαι τοῖς εὐτυχήμασιν nil aliud valet nisi κοινῶς etc. Sic etiam multis locis, ubi ex Atti-

---

υικός II, 15, 8; ὑπηρετικός XIII, 5, 7; φαρμακευτικός XII, 25d, χειρουργικός XII, 25d. —

*) in Aegypto sollemniter dicta esse videtur haec vox de magistratibus quibusdam.

corum dicendi genere exspectandum erat πεζός, scriptum est πεζικός. Ac ne hic quidem nobis desunt titulorum testimonia ad tuendam lectionem a Dindorfio repudiatam: Hicks 173, $_{9}$ (Mon. Adul.), C. J. G. 4697, $_{20}$ (Aegypt.), Le Bas III 2781 (Arsinoe Cypr.), Ditt. 252, $_{37}$ (Chersonn.)*).

Plane similiter factum est in vocabulo φυγαδικῶν (Pol. XXII, 13, $_{6}$); quod nec mutandum esse in φυγάδων nec pro neutro esse habendum, mihi constat. Concedo equidem, apud Atticos quidem (ἄνδρα) βασιλικόν vel tale quid nunquam dictum esse de rege ipso; sed aliter res se habuit in Atthide, aliter in sermone communi; hoc dilucide me iudice apparet hisce e titulorum locis: Ditt. 388, $_{83}$ (Andaniae 91 a. Ch.): ὁ δὲ ἱερεὺς ἐπικρινέτω περὶ τῶν δραπετικῶν, ὅσοι κά ἦνται ἐκ τᾶς ἁμετέρας πόλεος καὶ ὅσους κά καταχρίνει etc.; quid Atticorum fuerit in hac re docet Plat. Men. 97, E: ὥσπερ δραπέτην ἄνθρωπον. Bull. VI. 526 (Salam. c. 244 a. Ch.): πειρατικῶν ἐκπλεόντων. Neque aliter interpretanda erunt, quae exstant Insc. Perg. 13, $_{8}$ (Eumenis I): ὑπὲρ ὀρφανικῶν· ὅπως ἂν οἱ ἄγχιστα γένους λάβωσιν. Videmus iam, apud Polybium vocem φυγαδικός prorsus vice functam esse verbi nativi φυγάς.

Denique ut ad tertium, quem supra attuli, locum me convertam, iure quaerendum esse videtur, utrum magis offenderint viri docti iam ipso in usu adiectivi a σῖτος ducti, an in eo magis, quod coniunctum est σιτικός cum voce ἐξαγωγή.

Utut res se habet, equidem retinuerim, quae exstant in codicibus hisce commotus titulorum testimoniis: C. J. G. 4697 (Aegypt.), $_{14|15}$, $_{21}$: συντάξεις σιτικάς καὶ ἀργυρικάς; ibid. $_{34}$ ($_{11}$?) ἀργυρικάς καὶ σιτικάς προσόδους. Le Bas III 409 (Mylasae) ἡ σιτικὴ οἰκονομία. Conferri possunt: C. J. A. II, 1, 467, $_{81}$ (init. saec. I) ἀργυρικῶν ζημιῶν; Le Bas III 323—324

---

*) fatendum est, omnibus hisce locis coniunctum esse πεζικός cum alio quodam adiectivo in -ικος exeunte. Quidni tamen credamus, eum, qui coniunxit δυνάμεις ἱππικαὶ καὶ πεζικαὶ dixisse etiam δυνάμεις πεζικαί? —

(Olympi) φόρος ἀργυρικός; cf. Bull. XIV 170, $_7$ (ἀργυρικὰς ἐπιδόσεις) et Bull. XI 307, $_{14}$ (ἐπαγγελίας ἀργυρικάς).

Ceterum satis insolenter etiam dictum est C. J. G. 4697, $_{18}$ (Aegypt.) τὰ βασιλικὰ ὀφειλήματα de aere alieno regi debito; neque aliter apud Polybium XXV, 3, $_8$: παρέλυσε τοὺς ἐν αὐτῇ τῇ Μακεδονίᾳ τῶν βασιλικῶν ὀφειλημάτων.

---

c) Reliquum est, ut convertam me ad vocabulorum quoddam genus, quod ansam, ni fallor, nobis praebebit ad cognoscendum fontem, e quo multa eorum, quae ab Atthide abhorrent, fluxerunt in sermonem communem. Dicendum enim est de nominibus, quae cadunt in syllabam -μα. Quae id genus exstant in Atticorum prosa oratione plerumque ita ducta sunt a verbis, ut significent id, quod effectum est aliqua actione, velut πρᾶγμα = τὸ πεπραγμένον.*) Admodum rara sunt talia, quale est δίωγμα = τὸ διώκειν (δίωξις) Plato Polit. 310 B, aut νόσημα iuxta forma νόσος obvium. Hoc etiam videbimus, scriptores Atticos iis quoque in rebus, in quibus si adhibuissent in -μα cadens nomen, non fecissent contra dicendi illam normam, quam supra commemoravi, aliam tamen saepenumero praetulisse formam. Polybius contra, cum ceteroquin secundum Atticorum morem de iudicio quodam aut facto aut faciundo diceret κρίσις, uno tamen loco (XXIII 1, $_{12}$) adhibuit ad significandam plane eandem rem κρίμα vocem ab Atthide abhorrentem.

Nec minus, quae nunc proferam, aliena sunt ab Attica dialecto:

ἀπόκριμα XII 26^b, $_1$ idem valet quod ἀπόκρισις Atticorum.

νίκημα (pro νίκη) est I 87, $_{10}$, XVI 14, $_5$, XXXVI, 2, $_3$.

ἔγκλιμα multis locis (cf. IX 21, $_8$, IV 58, $_8$) usurpatum est, ubi ex Atticorum dicendi genere exspectandum erat ἔγκλισις.

διήγησις saepissime apud Platonem, Aristotelem (cf. Astium

---

*) cf. Blass-Kühner I, $_2$, 272, $_{30}$: „das Ergebnis der Handlung“.

et Bon.), alios vim habet „narrationis", nusquam διήγημα, quod est ap. Pol. I, 14, $_6$, IV 39, $_{11}$; cf. Phryn. p. 465 L.: διήγησιν λέγουσιν· οὐχὶ διήγημα.
Haud raro occurrit apud Polybium συνχώρημα (cf. Schw.), nusquam, quantum scio, συγχώρησις, cum Attici dixerint in eadem re συγχώρησις (cf. Ast. ad Pl.), nusquam συνχώρημα. ἐλάττωμα et ἐλάττωσις a Polybio posita sunt ad significandum detrimentum vel cladem, Atticorum sola erat vox ἐλάττωσις. Similiter res se habet in vocibus:

ἀλόγημα IX 16, $_5$: ἀλογήμασιν περιπίπτειν pro ἀλογίαις περιπίπτειν, al.
ἰδίωμα (II 38, $_{10}$ al.), quod idem est quod ἰδιότης.
συνέργημα (II 42, $_4$) pro συνεργία.
δαπάνημα pro δαπάνη non invenitur ante Polybium (cf. XXVIII, 13, $_7$ et IX 42, $_4$), nisi uno Xenophontis loco (Cyrup. VIII 1, $_3$) et apud Aristotelem.

εὐεργέτημα pro εὐεργεσία et συμβούλευμα pro συμβούλευσις, συμβουλία, cum binis iam occurrant Xenophontis locis neque aliena fuerint ab Aristotelis sermone, saepius leguntur apud Polybium, cf. III 16, $_2$ al., VII 13, $_8$.

Porro cum apud Atticos scriptores ἀσέβημα nil aliud significaverit, nisi τὸ ἠσεβημένον, Polybio quidem haec vox idem valuit quod „τὸ ἁμαρτάνειν εἰς . . ." (sic XXXVII, 1, $_{15}$). Nec multum abest saepe ab hac agendi notione vis vocis παρασπόνδημα.. Denique huc refero vocabula:
εὐημέρημα (III 72, $_2$), διάπτωμα (XII 4^a, $_4$ al). σύμπτωμα (pro συντυχία Phryn. cf. Ruth. p. 318).

Instrumentum quoddam significatum est hisce vocabulis ab Atthide abhorrentibus:

κέντημα II, 33, $_5$ et $_6$ pro κέντρον,
δέμα (δεσμός) VI 33, $_{11}$, ζύγωμα (κλεῖθρον vel μόχλος) VII 16, $_5$.
βοήθημα I, 22, $_3$, XXVIII 13, $_{11}$ al.

Contra Atticorum dicendi usum loci vim habent: κατάλυμα II 36 $_1$, al. cf. Moeris p. 241 Piers. καταγώγιον . . . Ἀττικῶς· κατάλυμα Ἑλληνικῶς; et νυκτέρευμα XII 4, $_9$ pro σκηνὴ νυκτερινή.

Videamus nunc, num idem hisce in rebus fuerit usus omnium, qui Polybii fere temporibus graece scripserunt:

ἀπόκριμα legitur etiam Insc. Perg. 245, C, $_{4}$, $_{28}$, Ditt. 200, $_{28}$ (Lamps.), C. J. G. add. 2349, b, $_{23}$ (Adram.), Bull. XII 311, $_{68}$ (imperat. temp.).

νίκημα exstat Ditt. 252, $_{25}$ (Chersonnesi), de usu posteriorum velut Cebetis (p. 34 Drohs.), Diodori, al. cf. lex.

ἔγκλιμα etiam Hipparcho maxime erat usitatum cf. p. 101 al.

διήγημα habes etiam Deuteron. 28, $_{37}$.

ἐλάττωμα Ditt. 248, $_{111}$ (Olbiae), Sir. XIX $_{25}$.

δαπάνημα est etiam in papyris (cf. Pap. Louv. p. 244, 250, 258), qui tamen, cum posterioris sint aetatis, haud ita pertinent ad hanc quaestionem. Maioris momenti sunt: Ditt. 255, $_{17}$ (Gythii), C. J. G. 2347, C, $_{33}$ (Syri).

παρασπόνδημα C. J. G. I^{2} 411, $_{6}$ (Orop. s. fin. s. II).

εὐεργέτημα C. J. G. 3067, $_{23}$ et $_{35}$ (Dion. artif.), Le Bas II 352^{i}, $_{24}$ (Mantin. saec. I).

εὐημέρημα Ditt. 215, $_{4}$ (Aetolorum saec. II), Insc. Perg. 167, $_{7}$ et 246, $_{5}$.

διάπτωμα Ditt. 248, $_{137}$ (Olbiae), Hipparch. p. 107.

σύμπτωμα C. J. G. I^{2}, 411 $_{5|6}$ (Oropiae saec. II).

δέμα Ditt. 353, $_{68,\ 73,\ 170}$ (Lebadeiae).

κατάλυμα Pap. Louv. 34, $_{5}$ et ap. vet. test. interpr. —

Ceterum conferantur ἀνδραγάθημα Vier. XVII, $_{9}$ pro ἀνδραγαθία, quo verbo Attici utebantur (cf. Vier. p. 74 et Ruth. Phryn. 320), Pap. Louv. 63, col. 13, $_{3|4}$ ἐνεσχημένους ἔν τισιν ἀγνοήμασιν ἢ ἁμαρτήμασιν, et quae mihi praesto sunt e libris sacris in sermonem graecum conversis: ἀναφαλάντωμα (pro ἀναφαλαντίασις), ἀφήγημα (pro ἀφήγησις); δόξασμα, vox a Platone iam usurpata ad significandum τὸ δεδοξασμένον (Wahnvorstellung), in LXX idem est quod δόξα; δῶμα; ἐξολόθρευμα i. q. τὸ ἐξολοθρεύειν; ἥσσημα (= ἧττα); ἱεράτευμα (= ἱερατεία); ἱέρωμα (= τὸ ἱερόν); κάρπωμα et ὁλοκάρπωμα (dedicatio, consecratio), μέθυσμα (id, quod ebrium reddit), ὄμβρημα

(= ὄμβρος), στήλωμα (= στήλη), φόβημα (= φόβος), φύλαγμα (= φυλακή), χλεύασμα (= χλευασμός).

Nec neglegenda sunt hoc loco, quae Schmiedelius l. l. § 3, $_{2,\,6}$ exposuit de posterioris aetatis sermone: „vorzüglich reich war die spätere Sprache an Substantivis auf — μα". *)

Sed hoc iam satis erit verisimile, in sermone communi saepe dicta esse nomina in -μα exeuntia, ubi ex Atticorum dicendi more alia quaedam forma erat exspectanda; quapropter quin omnia, quae id genus exstant in ἱστοριῶν libris, repetiverit Polybius e suae aetatis lingua vulgari, vix debet dubitari. Attamen de vocibus χρίμα, κέντημα, μέτρημα, βάσταγμα aliter fortasse iudicabunt, quicunque credunt, multum fuisse Polybium in usurpandis vocabulis repetitis e sermone poetarum aut antiquiorum scriptorum. Leguntur enim iam ante Polybium: χρίμα Aeschyl. Suppl. 392, κέντημα Aesch. fr. 155, μέτρημα (μέτρον) Iph. Taur. 954, Jon 1138, βάσταγμα (ἄχθος, βάρος) Eurip. Suppl. 767.

Credamusne ergo — id quod fecerunt Götzelerus p. 6. Kreling **) p. 14 et 45 — a Polybio desumptas esse hasce voces e tragicorum fabulis? Certe hoc quidem non negaverim, Polybium multa, quae memoria tenuerit poetarum propria admiscuisse suo dicendi generi; nec tamen quae supra attuli, vocabula isto modo irrepserunt in Polybii usum, id quod maxime apparet in voce χρίμα. Etenim Polybii fere temporibus frequentissimum fuisse in sermone communi huius vocis usum, colligi potest ex veteris testamenti libris, ubi paene in unaquaque pagina exstat χρίμα. Accedunt titulorum testimonia: Ditt. 388, $_{102,\,106,\,111}$ (Andaniae) τὸ χρίμα

*) cf. (ἐμ)βόημα ap. Eusth. (invocatio), δούπημα = δοῦπος Or. Sib., εἴδημα = τὸ εἰδέναι Oenom., λώβημα = λώβη script. eccl., ὄργημα = ὀργή Schol. Soph., τέρασμα = τέρας Plut.

**) de usu poeticorum et dialecticorum vocabulorum . . indicem e Polybio . . Traiect. 1886.

ἔστω ἐπὶ τῶν ἱερῶν et $_{170}$ κρινόντω τὰ κ[ρίμα]τα πάντα. C. J. A. II, $_1$, 593, $_{19}$ (II saec.); Athen. Mitt. IV 210, 1[a], $_5$ (Hypata II saec.); C. J. G. add. 2334[b], $_{54}$ (incert.) Vier. XIV $_{11}$ et $_{12}$, XII A $^{29}|_{30}$ τὰ κ[ρίματα]. Mixtae sunt, sicut apud Polybium, formae κρίμα et κρίσις in tit, Cret. Cau.[2] 120, $_{23,27-39}$, et in Insc. Perg. 245, C, $_9$ [ἐφε]ῖνα[ι τὰ κρί]ματα ἑαυτοῖς, contra κρίσις $_8$ et $_{58}$. Le Bas III 419, $_8$ ἐπίκριμα, contra $_4$ et $_{11}$ κρίσιν (Mylasae). — Sola forma Atticorum propria exstat: Hicks 152, $_6$ (Lysimachi ep.), Le Bas. III 2713 [a] (Antiochi III ep.) Ditt. 165, $_8$ (Bargyl.), Ditt. 240, $_1$ (Olympiae saec. II) C. J. G. add. 2561, [b], $_{31}$ (Pariorum?), Ditt. 344, $_5$ (Ephesi).

Non aliter iudicandum est de voce μέτρημα, quae est etiam in decreto Smyrnaeorum Ditt. 171, $_{106}$. Addam praeterea, verbum πτῶμα et a poetis tragicis et a Polybio usurpatum esse de cadaveribus (cf. Ruth. Phryn. 472); similem, ni fallor, usum habes Ditt. 247, $_{17}$ (Letaeorum): τοῦ τε πτώματος ἐκράτησεν et LXX Iud. XIV, $_8$.

κέντημα et βάσταγμα me adhuc exceptis Polybii locis in κοινῆς monumentis saec. III—I nondum invenisse concedo; nihilo tamen minus hoc credo posse iam pro certo haberi: ubicumque posteriore aetate contra Atticorum morem nomen quoddam suffixam habet syllabam -μα, semper id factum est communi quadam κοινῆς proprietate.

Sed videamus porro, quae dicenda sint de sermone poetarum tragicorum. Quos ipsos quoque eiusmodi voces alienas ab Atticorum prosa oratione usurpasse, ex iis, quae supra attuli, quattuor exemplis iam colligi potuit. Diligentius autem esse inquirendum videtur: *)

ἄγγελμα **) = ἀγγελία Eur. Or. 877. Iph. T. 1184 Troad. 711

*) multo maior numerus talium exemplorum facile potest colligi e tragicorum fabulis; quae hoc loco posui, vel ab Aristotelis usu abhorrent — Asterisco notavi, quae in canticis exstant.

**) uno tamen Thucydidis loco legitur VII 74: οἱ δὲ πρὸς τὸ ἄγγελμα ἐπέσχον τὴν νύκτα.

al, cf. ἀνάγγελμα Ditt. 252, 47. (Chersonn. saec. I) τὸ ἀνάγγελμα ποιουμένων τῶν etc.

ἄλγημα = ἀλγηδών (ἄλγος) Soph. Phil. 340, 1170 saepius ap. Hippocrat. — semel ap. Aristot.; Plut. al.

βρόντημα = βροντή Aesch. Prom. 993.

γλώσσημα = γλῶττα (i. e. cuspis hastae), Aeschyl. ap. Schol. Pind. Nem. VI 85.

γνῶμα = γνώμη Aesch. Ag. 1352.

δάκρυμα = δάκρυ(ον) Aesch. Pers. 134*, Eur. Andr. 92; orac. ap. Herod, VII 169.

δέσμωμα = δεσμός Aesch. Pers. 745.

δόκημα = δόξα Eur. Tro. 411. Herc. Fur. 771.

δόλωμα = δόλος Aesch. Coeph. 1003.

δράμημα = δρόμος Aesch. Pers. 247, Soph. Oed. T. 193*, Eur. Phoen. 1379 al. — Herod. VIII 98.

δῶμα cf. Ruth. introduct. ad New Phryn. p. 25, saepe in trag., nusquam ap. script. Att. — Herod. II 62; LXX.

εἷμα = ἐσθής cf. Ruth. introd. p. 19.

ἔργμα = ἔργον Aesch. Sept. 556, Eumen. 500*, Eur. Hipp. 1107 — Epigr. ap. Herod. V 77; Archil., al.

εὖγμα = εὐχή Aesch. Sept. 267; Soph. Ant. 1185.

εὔνημα = εὐνή Eur. Jon. 304.

ζῶμα = ζωνή Soph. El. 542 (cf. schol. ad h. l.).

κάρπωμα = καρπός Aesch. Suppl. 1001 — LXX.

κόρευμα = devirginatio, Eur. Al. 175.

κτύπημα = κτύπος Eur. Andr. 1212 — Dio Cass. 51, 17.

λάτρευμα = λατρεία Soph. Trach. 357, Eur. Iph. T. 1275*.

λόχευμα (parientis actio) Aesch. Agam. 1391, Eur. El. 1124.

μαρτύρημα = μαρτυρία Eur. Suppl. 1204.

μερίμνημα = μέριμνα Soph. Phil. 187*.

μόχθημα = μόχθος Aesch. Prom. 463, Soph. Oed. C. 1616 al.

ὅρισμα = ὅρος cf. Ruth. introd. p. 19.

ὅρκωμα = ὅρκος Aesch. Eum. 486.

πῆμα = πημονή (πάθος) saepe cum apud alios poetas tum ap. trag.

πόρευμα = πορεία Eur. Iph. A. 300*.
πύργωμα = πύργος Aesch. Sep. 30 al — or. ap. Herod. VII 140.
στεφάνωμα = στέφανος Soph. Ant. 122*, saepe ap. poet.
τέρμα = τελευτή cf. Ruth. introd. p. 26.
φθίνασμα de solis occasu, Aesch. Pers. 232.
φώνημα = φωνή Soph. Ai. 16 — Plut. Mor. p. 775 B. al.
χάρμα = χαρά vox poetarum propria.
χλίδημα = χλιδή de vestis luxu dict. Eur. Iph. A. 74.

Sed qui factum est, ut eadem sermonis proprietas exstet in tragicorum fabulis, eadem in sermone communi? Responsum statim feremus, si consideraverimus hasce duas res:

1) Herodoto etiam et Hippocrati multo magis quam Atticis scriptoribus in deliciis fuisse videtur usus suffixae syllabae -μα *).
2) satis constat, tragicarum fabularum diverbia multa exhibere Iadis vestigia praesertim in verborum delectu (cf. quae disseruit G. Rutherford in praef. ed. Phryn. de growth of the Attic Dialect et quae rectius de eadem re exposita sunt apud Wilam. Philol. Unters. VII p. 310 sq.).

Licetne igitur credamus, Iadem fuisse communem fontem,

*) nonnulla, quae huc spectant, exempla supra attuli. Iam satis habeo, addere hoc loco, Polybio cum Hippocrate communia fuisse vocabula βοήθημα, ἐπινόημα, χύρτωμα, πτύσμα (= πτύελον), σύστρεμμα. Ceterum quicunque mediocriter tantum versatus est in Hippocratis libris, in magno numero nominum in -μα se offendisse concedet. Dixit Hippocrates, ut alia omittam, semper fere νόσημα (νόσευμα), raro νόσος (νοῦσος); ὀδύνημα pro ὀδύνη; τρόφημα pro τροφή; χώφωμα pro χωφότης; πῆμα, quod secundum lex. crederes non fuisse nisi poetarum proprium, legitur Hippocr. p. 272 ὁ δὲ ἐγκέφαλος πῆμα ἴσχεν (qui Herodoti afferuntur loci, ex oraculo sunt repetiti cf. I, 68). Conferatur etiam tit. Ceius, qui Jonicas exhibet formas, Ditt. 468: v. 8 al. σῆμα, cum Atticorum fuerit σημεῖον (de voce σῆμα ap. Platon. obvia cf. Astii indicem) v. 22 χαλλύσματα (purgamenta), v. 3 στρῶμα (saepius ap. Atticos στρωμνή), ibid. ἔνδυμα, ἐπίβλημα (ἐπιβολή ap. Thuc.).

e quo fluxerint illa ab Atthide aliena et in tragicorum sermonem et in κοινήν dialectum?

Videamus diligentius! Atque ad ea revertamur, quae supra exposui de ratione illa, quae intercessisse fertur inter sermonem Polybii et eum, qui proprius fuit poetarum antiquiorum.

Sermonis communis erant haece vocabula, quae Polybium „e diligenti poetarum lectione convertisse in suum usum" crediderunt Krelingius, Eberhardus (obs. Pol.), Goetzelerus:

ἀντιφωνέω (Kr. p. 9) cf. Vier. V A, $_{26}$ (in epist. M. Antoni) et Macc. I, XII $_{18}$.

ἀσυλία (Ebh. p. 10, Goetz. p. 4. Kr. p. 12) in titulis Polybii fere aet. conscr. sescenties obvium.

διαλαλεῖν (Kr. p. 16) Eur. Cycl. 175 sicut ap. Pol. idem est quod διαλέγεσθαι; cf. decr. Smyrn. Ditt. 171, $_{23}$ οἱ πρεσβευταὶ συνλελαλήκασιν ὑπὲρ ἁπάντων et Ditt. 166, $_{34}$ (Antioch. II).

ἐκτενής (ἐκτενῶς) (Kr. 24) exstat etiam Ditt. 166, $_{31}$ (Antioch. II), Ditt. 172, $_{8}$ (Erythr.) Le Bas. III 2713 ^{a} (Antioch. III), Le Bas. III 64, $_{6}$ al. (tit. Cret.), Le Bas III 403, $_{8}$ (Mylas.), C. J. G. 3065, $_{20}$ (Tei), C. J. G. 2270, $_{16}$ (Deli), Bull XIII 379, $_{6}$ (Pteleon), Cau^{2} 210, $_{7}$ (Delphis), Le Bas II 352 ^{h}, $_{14}$ (Mantin.), C. J. A. II, 1, 442, $_{8}$ — cf. ἐκτενεία Ditt. 331, $_{10}$ (Carpath.), Le Bas III 281, $_{9}$ et $_{27}$. (Dion techn.).

Pap. Louv. 35, $_{11}$ editum est τῶν φυλακιτῶν ἐντε[νῶς] ἐκτιναξάντων; fortasse legendum erat ἐκτενῶς. Ceterum sunt ἐκτενῶς, ἐκτενής, ἐκτενεία in lib. vet. test; adverbii forma occurit iam apud Aristotelem (cf. Bon. ind.), apud Machonem et Agatharch. (cf. Ruth Phryn. 365).

ἐξερευνάω (Kr. p. 27) cf. C. J. G. 2347, C, $_{22}$ (Syri).

τὰ θύρετρα (Kr. p. 34) cf. Bull XIV p. 395 (Deli).

κατάξιος (Kr. p. 37) *): iam Alexandri Magni aetate usurpata est haec vox a Calymniensibus Hicks 130, $_{50}$; saec. III

*) non minus falsa sunt videlicet, quae Kaelk. p. 250 protulit de adv. ap. Pol. obvio.

scriptum exstat: C. J. A. II, 1, 320, $_{24}$; 671, al; Rang. II 675 (Salam.) Kaibel 952, $_{17}$, $_{21}$ (Agrig.); saec. II: Ditt. 207, $_{10}$ (Delphis), Le Bas III 64, $_{15}$ (tit. Cret.). —

Mixtae sunt — sicut apud Polybium — formae ἄξιος et κατάξιος: Hicks 189, $_{49}$ (contra $_{21}$ et $_{50}$ — Aeginae, saec II); C. J. G. 3066, $_{18}$ (contra $_{9}$ — Tei); C. J. G. 3067, $_{22}$ καταξίως (sed in eadem insc. ἄξιος — Dion. techn.); C. J. G. I ^{2} 21, $_{14}$ (contra $_{12}$ Orchom. Boeot.); Ditt. 306, $_{12}$ (contra $_{5}$ — Amycl. s. II vel. I). cf. praeterea Anthol. Pal. III $_{14}$ et Esth. VIII $_{[35]}$.

καταρρέπω (Kr. p. 38) cf. Arch. ep. Mitt. VIII 96 C, $_{7|8}$ (Eumenis II).

κρίμα cf. h. d. p. 55 sq.; ibid. μέτρημα.

ὀφρύς (Ebh. p. 9, Kr. p. 51) de supercilio montis dictum est etiam in decreto civitatis cuiusdam, cuius nomen ignoramus, exarato Polybii fere temporibus Le Bas III 207, $_{14}$ sq.

πειράζω (Goetz. p. 7) pro πειρᾶσθαι est etiam in tit. Cret. saec. II Le Bas III 68 ^{b}, $_{7}$; 75, $_{19}$ et $_{22}$, nec non in libris vet. test. Genes. XXII, $_{1}$; Exod. XVII, $_{2}$, $_{7}$ al., cum πειρᾶσθαι exstet in tit. Cret. saec. II Le Bas III 71, $_{29}$; 73, $_{18}$; 77, $_{17}$ al., apud Viereck. III, $_{8}$, Rang. II 689, $_{3}$ (Eretr.).

ῥύσιον (Kr. p. 56, Ebh. 11, Goe. 5) Polybii aetate vulgo dictum esse de vindiciis rerum quarundam vi exactis, ex hisce cognosces titulorum locis: Ditt. 313, $_{5}$ (Delphis saec. II), C. J. G. 2347, C, (Syri); similiter usurpatum est verbum ῥυσιάζειν Ditt. 313, $_{7}$; Ditt. 215, $_{19}$, $_{20}$ (Delphis saec. II), C. J. A. II, 1, 551, $_{84}$ (Amphict. Delph. saec. II).

στῦλος (Kr. p. 59. Goe. p. 6) vox erat familiaris veteris testamenti interpretibus, cf. locos, quos ipse attulit Goetzelerus.

Huc spectant etiam, quae omissa sunt a Krelingio:

παραίτιος: Primo occurrit ap. Aeschyl. Coeph. 910 et frgm. 38 D. Posteriore aetate exstat apud Polybium, idque antecedente littera vocali: IV 57, $_{10}$, V 75, $_{2}$; 88, $_{3}$, VII

12,$_{7}$; 14,$_{5}$, IX 34,$_{4}$, XII 26,$_{2}$, XXIII 3,$_{6}$; bis tantum post conson. IX 34,$_{5}$ μηδενὸς παραιτίοις et XVIII 24,$_{3}$ κακῶν παραίτιος. Quapropter, ut hiatus tollatur, Pol. IX 3,$_{9}$ fortasse scribendum est pro δέ μοι αἴτιον: δέ μοι παραίτιον. In titulis saepissime invenitur forma composita:

saec. III: Kaib. 952,$_{15}$ (Agrig. c. 211 a. Ch.), Kaib. 953,$_{14}$ (Melitensium c. 211 a. Ch.), Bull. X 103,$_{11}$ (Histieae).

saec. II: in titulis Creticis Le Bas III 64,$_{9}$ al., Hicks 189,$_{23}$ (Aegin.), Ditt. 200,$_{43}$ (Lamps.), Ditt. 247,$_{44}$ (Letaeorum), Vier. III $_{9}$ et $_{13}$., C. J. G. 3067,$_{15}$ (Dion. techn.); C. J. G. vol. I^{2}, 223,$_{10}$ (Aegosth.), Insc. Perg. 224 A, 4.

saec. I: Hicks 204,$_{45}$ (Teni), C. J. G. 2271,$_{15}$ (Deli), C. J. G. add. 2561, b,$_{34}$ (Pariorum?), Le Bas II 243,$_{19}$ (Gythii).

Praeterea habes Macc. II, XI,$_{19}$, Gemin. p. 32, 33 al.

ἐπιχωρέω τινί τι, quod verbum apud Xenophontem et Thucydidem vim habet „accedendi", idem valet quod „concedo", „permitto": et ap. Sophoc. (Antig. 219 τὸ μὴ ἐπιχωρεῖν τοῖς ἀπιστοῦσιν τάδε) et apud Pol. IV 17,$_{8}$: ἐπιχωρησάντων δ' ἑτοίμως. Iam conferas:

saec. III: Ditt. 171,$_{100}$ κλήρους ἐπεχώρησεν αὐτοῖς (Smyrn.), Ussing, insc. gr. in. 2,$_{3}$ (Aetol.).

saec. II: Ditt. 240,$_{9}$ (Eleorum): ὅπως ἐπιχωρήσει ἁ πόλις ἀναγραφῆμεν. Hicks 189,$_{30}$ (Aegin.), C. J. G. 4896, C,$_{19}$ (Aegypt.), Le Bas III 85,$_{4}$ (Aetolorum), C. J. A. II, 1, 469,$_{63}$ al.

De voce πτῶμα cf. p. 56.

Sed ne longus sim in re satis dilucida: quae attuli omnia ex Ionici sermonis quodam genere fluxisse videntur in κοινὴν dialectum.*)

---

*) conferantur hoc loco, quae supra disserui de verbis quibusdam parasynthetis, quae in -έω exeunt (h. d. p. 45 adn.). — Ceterum hoc quoque fieri potuit, ut vocabula nonnulla, quae antiquitus propria fuerunt poetarum, ex eorum sermone irreperent posteriore aetate in κοινῶν com-

Accedunt alia. Exposuit enim Goetzelerus p. 15 haud paucas voces ante Polybium non legi apud scriptores Graecos, nisi in Hippocratis libris. Nec tamen inde colligendum erat „Polybium illius medici libros diligentissime perlegisse eorumque nonnulla, quippe qui plurimum valeret memoria, hac comprehensa tenuisse.“ *)

Immo perspicue apparet e titulis et papyris, haece vocabula non aliter pervenisse in sermonem communem atque ea, quae supra attuli:

χειρισμός (Goetz. p. 16) et χειρίζω, quod afferre potuit Goetzelerus non minore iure quam substantivum χειρισμός, dicta sunt ab Hippocrate de medicorum sectionibus; apud Polybium sescentis locis idem valent, quod „tractatio“ „administratio“ (tractare etc.). Conferantur autem: Pap. Louv. 26, $_{18}$ τῶν δὲ πρὸς τοῖς χειρισμοῖς τεταγμένων, ubi recte in indice interpretatus est editor „expédition des affaires“, ibid. 62, col. 4, $_{15}$ ὁ μὲν χειρισμὸς ἔσται δι' αὐτῶν cf. v. 20 τὸν χειρισμὸν τῶν γενημάτων, et col. 5, $_{7}$ τοῖς ἄλλοις χειρισμοῖς. C. J. G. 1845, $_{45, 89, 101, 103, 139}$ (Corcyrae saec. III vel II): χειρίζειν τὸ ἀργύριον; Ditt. 248, $_{162}$ et $_{169}$ (Olbiae s. III vel II): χειρίσας τὰς προσόδους . .; Insc. Perg. 161 B, $_{15}$ (saec. II): προσόδων ὧν χειρίζουσιν; Ditt. 253, $_{37}$ (Ephesi saec. I); C. J. G. add. 3641, b, $_{16}$ (Lampsaci, aet. inc.).**)

munem usum. Quod fortasse accidit in voce δοριάκτητος, quae primo usurpata est in Iliadis carminibus et ab Euripide, deinde sollemnis vocis munere functa esse videtur apud diadochos (cf. Hieronymum ap. Diodorum XVIII 43 cf. 39 et Polybium XVIII, 51, $_{4}$); exstat praeterea in fragm. fabulae illius ante imperatorum tempora, ut videtur, compositae, qua Nini regis res gestae narrantur (ed. Hermae XXVIII 1893). Idem valet, ni fallor, de adiectivo νήπιος, abhorrente illo ab Atticorum prosa oratione (Platonis enim loci ex Axiocho repetiti sunt), nec tamen alieno ab usu Aristotelis, Polybii, Papyrorum (cf. Lugdun. B. col. 1, $_{22}$), poetae illius, qui fabulam de Nino composuit.

*) quam sententiam comprobatam esse ab Hultschio (in edit. vol I^{2} p. XXX) valde miror.

**) verbum compositum διαχειρίζω Atticis in usu fuisse videtur: cf. Plat. Gorg. 526, B, al. et Ditt. 337, $_{16}$ et $_{25}$ (tit. Att. 320/19 a. Ch.).

παραφυλακή (Goetz. p. 15) exstat etiam Insc. Perg. 239, $_1$, ubi Fraenkelius disseruit de hac voce.

κοινολογία (Goetz. p. 16) reperitur etiam in vet. test. libris (cf. Bielii indicem); ceterum cf. quae disputavi de verbo κοινολογεῖσθαι.

Omissa sunt a Goetzelero:

ὁλοσχερής (ὁλοσχερῶς); quod vocabulum, cum prius vulgo legeretur in Isocratis or. V 135, nunc in Blassii editione recte expulsum est ex isto loco; neque etiam Sophoclis fuisse videtur (cf. Steph. thes. s. v.). Exstat autem primo apud Hippocratem p. 381, $_{54}$ et in tit. Ceio Ionicas exhibente formas Ditt. 468, $_7$ τά δ' ὁλ[ο]σχερ[εα], deinde in sermone communi:

saec. II: Insc. Perg. 163, B col. II, $_7$ (Eumenis II), Vier. I, $_4$ Pap. Louv. 63, $_{81}$.

saec. I: Bull. XIV 189, $_{26}$ (Acraephiae); Ditt. 255, $_{20}$ (Gythii), C. J. G. 4717 (Aegypt.).

Apud Polybium persaepe occurrit: cf. quae sunt in libro VI: 13, $_3$; 16, $_2$; 19, $_7$; 23, $_5$; 38, $_1$; 42, $_6$; 51, $_1$ etc. apud vet. test. interpr.: cf. Ez. XXII 30, apud Hipparchum p. 116, 121, 124; apud Geminum: p. 6, 36 al. Praeterea est apud Theocritum XXV 210 et in Theophr. h. pl. III 18, $_5$.

Aristoteli nondum erat in usu.

εὔθετος ab Aeschylo (Agam. 444, Sept. 642, frgm. 238 D.) et ab Hippocrate dictum est de rebus; de personis ab Hippocrate, a Polybio (XXV, 3, $_6$ πρὸς πᾶσαν σωματικὴν χρείαν εὔθετος), in comoedia nova*), cf. quae exstant in tit. Andan. Ditt. 388, $_{148}$: προγραφόντων ἐκ τῶν ἱερῶν τοὺς εὐθετωτάτους cf. 155.

Non aliter iudicandum erit de iis, quae communia fuerunt Polybio et Herodoto; e quibus afferam haec, quae leguntur etiam in titulis aut papyris:

---

*) quod apud Aristotelem legitur Eth. Eud. 1237 a, $_3$ εὐθέτως, fortasse corrigendum est (cf. Bon. ind.).

δαψιλής (Krel. p. 16) invenitur praeterea apud Aristotelem (cf. Bon. ind.), in libris vet. test. (cf. Bielii thes.) et C. J. G. 4697, 22 et 32 (Aegypt.).

ἐξοδεία (Krel. p. 27) cf. C. J. G. 4697, 42 (Aegypt.), lib. vet. test. (cf. Biel. th.); conferendum est etiam ἐφοδεία Pol. VI 35, 8 al. et Ditt. 228, 26 (Abd.).

κατοχή (Krel. p. 40) in Aegypto dicebatur de „inclusione voluntaria, a vita coenobiotarum nonnullorum non multum diversa“ (Leem. pap. Lugdun. p. 7), cf. Pap. Lugd. B col. 2, 1; D, 2.; saepius etiam in pap. Louv. cf. ind. p. 485.

ῥάχις*) idem valet quod montis dorsum et apud Herodotum III 54, VII 216 et apud Pol. III 101, 2, al; cf. Insc. Perg. 245 C, 20: ἐπὶ τῆς ῥάχεως, Le Bas III 207, 9 (civit. nescio cuius). —

Cum igitur satis iam, ut spero, verisimile sit, ex Ionum sermone maximam partem fluxisse κοινῆς voces eas, quae quidem abhorrent ab Atthide, duo tamen exstant vocabula, quorum alium fuisse fontem fortasse credendum erit. Quae in fine huius capitis ponam:

βουνός vox maxime memorabilis, alienissima ab Atthide fuit (cf. Phrynichum p. 459 Ruth., p. 355 Lob.); usurpabatur autem antiquioribus temporibus a Cyrenaeis (Herod. IV 199 τῶν ὑπερθαλασσίων χώρων τὰ μέσα (οἱ Κυρεναῖοι) βουνοὺς καλέουσιν), a Syracusanis (ἐν δὲ τῇ Συρακουσίᾳ ποιήσει καθωμίληται Phryn. l. l.); neque alienum fuisse videtur vocabulum ab Herodoti genere dicendi (cf. IV 192 ζεγέριες οὔνομά ἐστι Λιβυκόν, δύναται δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν βουνοί), aut ab Aeschyli dictione (cf. Suppl. 117, 129, 776 in canticis); exstat etiam in Hippocratis epistula p. 1279. — Posteriore aetate saepe occurrit in veteris testamenti libris (cf. Bielii

---

*) qua cum voce conferantur ὀφρύς (cf. h. d. p. 60); χῶρος, vocabulum Jonum proprium (Platonis loci ex Axiocho) ap. Pol. XI 1, 3, Bull. III, 48, 27 (Chii. IV saec. part. post.) al, ἄρουρα C. J. G. 4697, 30 (Aeg.).

thes.), apud Philemonem comicum (cf. Phryn. l. l.), apud Polybium *), in Cebetis tabula p. 24, al.; in titulis: Le Bas III 192—194, $_{31}$, $_{32}$ (contra λόφος $_{22}$, $_{25}$) (Rhodiorum s. f. saec. III). Le Bas III 207, $_{6}$ et $_{9}$ (contra $_{1}$ λόφος — civitatis cuiusdam, cuius nomen ignoramus, in decreto Polybii fortasse temporibus exarato); in papyro a Wilckeno edito I col. 1, $_{3}$ cf. $_{32}$ al.

Hoc vero vix poterit diiudicari, unde fluxerit illa vox in sermonem communem. **)

Contra dubitari nequit, quin antiquiore quidem aetate solius Doridis proprium fuerit ἡ λιμός pro ὁ λιμός (cf. Lob. Phryn. 188, Ahr. dial. Dor. 386). E Doride igitur in κοινήν irrepsisse putandum est, quae exstant: pap. Louv. 12, $_{23}$ τῆς λιμοῦ, ibid. 26, $_{8}$ τῆς λιμοῦ (cum ὁ λιμός scriptum sit Pap. Lugd. E 14, pap. Louv. 22, $_{21}$, 27, $_{14}$, 38, $_{27}$, cf. Pol. III 55, $_{8}$ III 62, $_{4}$), et apud Polybium I 84, $_{9}$ τῆς λιμοῦ, ubi Dind. invito codice A perperam scripsit τοῦ λιμοῦ. —

II.

— De vocalibus. —

1) EI et I:

Satis notum est, senescente lingua Graeca sonum illum, qui exprimebatur litteris EI ***), primo quidem in Boeotia,

*) Polybii locos diligentissime collegit Ebh. p. 9. Ceterum saepius usurpasse videtur Polybius vocem λόφος (cf. VII 6, $_{3}$, VIII 16, $_{2}$, IX 7, $_{9}$; 8. $_{11}$; 21, $_{8}$ al), idque plane in eadem re cf. X 32, $_{3}$ et $_{4}$.

**) commemoro tantum, quae Rutherf. l. l. opinatus est: Its presence in the Common dialect may, however, be most easily accounted for by the proximity of Alexandria to Cyrene.

***) sive habuerat genuinae diphthongi naturam sive natus est ex e + e, vel productione suppletoria ex e + conson. Ceterum hoc nullius momenti est ad hanc quaestionem, utrum saec. fere IV EI idem sonuerit quod $\bar{e}$ (cf. Brugm. Gr. p. 34, G. Meyer Gr. p. 127 al), an diphthongi servaverit naturam (Meisterh. p. 28, Blass Musspr.[2] p. 28 al).

deinde a saeculo fere III ceteris quoque in regionibus eam subiisse mutationem, ut idem sonaret quod I. Iam alicuius temporis spatio interiecto etiam ad eruditiorum hominum scribendi rationem ita valere coepit mutata loquendi condicio, ut multis in vocibus I scriberetur pro EI et saepius EI pro I. Unde factum est, ut in nonnullorum vocabulorum scripturis, quae quidem ad codicum fidem receptae sunt in editiones antiquiorum scriptorum, appareat magis posterioris aevi vitiosa consuetudo quam veterum temporum integer scribendi usus. Rectissime igitur iam pridem perspexerunt v. d., omnes, quae huc spectent, quaestiones non esse diiudicandas, nisi ex incorruptis titulorum testimoniis. Quoniam autem ex antiquioribus titulis iam satis diligenter congesta sunt exempla *), e quibus cognoscamus, quaenam fuerit vetustiorum scriptorum hisce in rebus scribendi ratio, proposui mihi, inquirere in Polybianae aetatis usum. Atque eruendum erit singulis in vocibus, num aequalis earum scriptura fuerit apud omnes κοινοὺς, nec non erit videndum, num tunc iam appareant itacismi, qui dicitur, vestigia in scriptis hominum eruditorum.

In universum mihi constat, Polybii aetate omnibus κοινοῖς, qui quidem non valde alieni fuerint a litteris, **) eundem in scribendo usum fuisse litterarum EI et I, eundem Atticis Demosthenis fere aequalibus. Testimonio sunt publica decreta regumque litterae lapidibus incisae et papyrorum nonnulli, quos supra partim attuli. Etenim, ut haec tantum commemorem, in titulis, quos Fraenkelius edidit Altert. v. Pergam. vol. VIII 1 („bis zum Ende der Königszeit") semper recte scripta sunt: τιμή, νίκη, πολίτης, ἡμῖν, γίνεσθαι, εἰς, νεῖκος, εἰκών, πρυτανεῖον, παρασταθείσης, sim. Idem valet de aliis plerisque illius aetatis decretis civitatum quarundam aut collegiorum,

*) Meisterh. Gr.[2] p. 39—43, G. Meyer[2] § 115, p. 127—130.

**) de scribendi consuetudine saec. fere II propria hominum plebeorum cf. Blass Ausspr.[2] p. 51.

velut: Ditt.: 190, 193, 200, 215, 228, 233, 247, 248, 353; Hicks 179, 189. Le Bas II 116, al. —

Admodum rara sunt hisce temporibus, si excipias titulos, qui compositi sunt a singulis hominibus leviter eruditis, talia, qualia γείνεσθαι, φιλοτειμοῦντα C. J. A. II, 1, 624, $_{5, 34}$ (decr. orgeonum med. saec. II); ἐπιγεινώσκωσιν Le Bas III, 281, $_{26}$ (Dion. techn. 150 a. Ch.); ἡμεῖν Vier. II, $_{14}$ (in M. Valerionis epistula, 193 a. Chr.). Quae scribendi ratio inde ab exitu demum saeculi II saepius occurrit in decretis publicis *).

Sed diligentius videamus de rebus, quae magis in dubio versantur:

Quin vulgo scriptum sit bona aetate μείξω, ἔμειξα sim. τείσω, ἔτεισα sim. hodie vix quisquam dubitabit (cf. G. Meyer, Gram.² § 115 p. 128 et Meisterhans, Gr.² p. 144).

Neque aliter rem se habuisse Polybii fere temporibus, e titulis elucet:

saec. III legitur ἀποτεῖσαι Ditt. 126, $_{36}$ (in epistula Antigoni regis).

saec. II in Amphictyonum decreto sermone communi conscripto Ditt. 206, $_{6}$: ἀποτεῖσαι; Ditt. 353, $_{1}$ et $_{39}$ ἀποτείσει (Lebadeiae); C. J. G. vol I², 4135, $_{23}$ ἀποτεισάτω (Amph. dec. serm. comm. consc.), Le Bas II 281, $_{20}$: ἀποτεισάτω (techn. Dion.).

Init. saec. I scriptum est Pap. Lugd. O, $_{29}$ ἀποτεισάτω. — Aetatis incertae sunt: C. J. G. add. 3641, b, $_{31}$

*) de titulis Atticis cf. Meisterh. Gr.² p. 38; de tit. Romanis cf. Viereckium p. 55. — Ceterum cf.: Ditt. 246 (Sesti 120 a. Ch.), ubi occurrunt γείνεσθαι (15), νομειτεύεσθαι (44), περιγεινόμενον (45) iuxta vetustiores formas περιγινομένας τιμάς (89), γίνωνται (90), πολίτας (15), τιμήν (42), σίτου (57), νικήσαντας (80) al. — Athen. Mitt. XIV 370 (Olympi sub fin. saec. II): ἐμβατία 3, 10 al cf. p. 395. — Hicks 204 (Teni, c. 100 a. Ch.): ἵλκυσεν (25), γεινομένας (31), ἡμεῖν (44). — Ditt. 253 (Ephesi init. s. I): πολείτας (24) al. — Le Bas II, 243 (Gythii saec. I), 19 γείνεσθαι — C. J. G. add. 2561, b (Pariorum? med. saec. I): v. 33 ἡμεῖν . . . al.

et $_{59}$: ἀποτεισάτω (Lamps.), Le Bas III 1344 ἐκτείσει (Olympi in opp. Lyciae).

Praeterea etiam in titulis, qui dialecti cuiusdam peculiaris formas exhibent, velut in Creticis, in inscr. Ther., Andan., al. constanter illa aetate positae sunt formae per EI scriptae. Contrariae scripturae non inveni nisi haece exempla: ἀποτισάντω in tit. Corcyr. saec. III vel II (C. J. G. 1845), cum in eiusdem inscr. versu 110 exstet ἀποτεισάτω; ποταποτισάτωσαν in manumissionis quadam tabula Phocaeensi aet. Rom. (Ditt. 445 = Cau[2] 224, $_{10}$, $_{14}$), quae aliud quoque habet manifestum itacismi vestigium v. 12 γενηθῖσα; ἀποτίσασθαι in tit. Att. C. J. A. II 650, $_{20}$ (init. saec. II).

Non minus diligenter servata est vetus scribendi ratio in formis μείξω, ἔμειξα etc.: cf. Arch. ep. Mitt. VIII p. 96 D, $_{10}$ συμμεῖξαι in litteris Eumenis II et Attali (II); Pap. Louv. 49, $_{26}$ συμμεῖξαι, et ibid. 22, $_{9}$ ἀμείκτοις in epistulis saec. II accurate conscriptis. Uno tantum loco scriptam legi litteram I, idque in papyro aliis quoque mendis scatente (Pap. Louv. 48, $_{11}$).

Credamusne ergo, Polybium scripsisse ἀπέτισαν, ἐκτίσουσιν*), συμμῖξαι**) sim, quae formae, cum omnibus locis vel ab optimis codicibus exhibeantur, in editiones vulgo sunt receptae? Immo mihi constat, etiamsi plane nos deficerent titulorum testimonia, solis iam ex codicum duabus lectionibus perspicuum fore, quae vera fuerit Polybii scribendi ratio, quaeque fraudulenter pro Polybianis venditent libri manu scripti:

Pol. I 37, $_{1}$ codd. A B D E[1] habent: διάραντες δὲ τὸν πόρον ἀσφαλῶς, καὶ προςΔΕΙξαντες τῇ τῶν Καμαριναίων χώρᾳ τηλικούτῳ περιέπεσον χειμῶνι etc.; correxerunt C E[2] προσμίξαντες, quod Hultschius et alii receperunt.

Pol. XI, 12, $_{4}$ cod. F habet: ὁ δὲ Μαχανίδας τὸ μὲν πρῶτον ὑπέδειξεν ὡς ὀρθίᾳ τῇ φάλαγγι ΠΡΟΣ ΜΕΙΖΩΝ πρὸς τὸ δέξιον

*) Pol. IV 35, $_{15}$, V 27, $_{7}$ al.

**) Pol. VIII 18, $_{2, 3, 5}$; 21, $_{4}$; 22, $_{1}$; 26, $_{4}$; 29, $_{5}$ et $_{7}$; 31, $_{11}$; 34, $_{5}$ al . . .

τῶν πολεμίων, e quo factum est in codd. S.: — πρὸς μεῖζον — Hodie in editionibus legitur, quod Ursinus emendavit: προσμίξων.

Quid igitur inde concludendum est? Ut rem brevi conficiam, in archetypi archetypo, ni fallor, omnibus locis etiamtunc exstabant formae per EI scriptae. Iam in transscribendo hoc codice librarius ille, qui nostrorum lib. ms. archetypum exaravit, eam sibi finxit legem, ut in eiusmodi formis semper I reponeret in locum litterarum EI. Qua in re satis diligenter eum egisse videmus; duobus tamen locis, cum perperam intellegeret, quae exstarent in exemplo ΠΡΟΣΜΕΙΞΑΝΤΕΣ et ΠΡΟΣΜΕΙΞΩΝ ei accidit, ut falsum ille quidem exprimeret verbum, sed rectissime nobis servaret litteras EI *).

Magna dissensio exstitit inter viros doctos, utrum scribendum sit φιλόνικος, φιλονικεῖν, φιλονικία, an φιλόνεικος etc. Qua de re quae disseruerunt L. Dindorfius et Cobetus omitto **); haec tantum commemoro, quae post illos exposuit

---

*) Similiter res se habet in vocibus καταπάλτης, καταπαλτικός. Quam rectam esse formam cognosces e tit. Ceo (inc. aet.) Ditt. 348, 25, 30, 36 et ex Atticis insc., quas laudavit Meisterh. p. 12. Nusquam in lapidibus invenitur forma per E scripta; nihilo tamen minus exstat in Polybii codicibus et in editionibus, cf. I 53, 11, I 74, 4, XI 12, 4 et καταπελτικός XI 11, 3. Uno tamen loco corruptela facta servata est littera A: IX 41, 5 ubi est in libris ms. τὰ καταπΛΑτικά; legendum est videlicet καταπΑΛτικά, non, quod vulgo fertur ex Casauboni coniectura: καταπελτικά. — Contra iure mireris codicum fidem in voce ἐξοπλασία. Quod vocabulum cum traditum sit codice F X 22, 1 et 4 et XI 9, 4 et 9 commutare in ἐξοπλισία nemo dubitavit editorum. Iam conferas titulos: Ditt. 159, 10 (Erythr.) ἐξοπλασιῶν; Ditt. 348, 39 (vide supra), ubi Böckhius C. J. G. 2360 perperam scripsit ἐξοπλ(ι)σίᾳ; Bull. XII p. 11, 9 (Mylasae, imp. temp.); ἐν ταῖς ἐξοπλασίαις („le mot ainsi écrit est certain"). Nusquam repperi formam per I scriptam in lapidibus. —

**) conscripta hac dissertatione demum cognovi, eandem prorsus, quam comprobare studui, sententiam iam prolatam esse a Schanzio, ed. Plato. VI, in proleg. —

Frankius in „lectionibus Aeschineis“ (Philol. suppl. I 1886) p. 469 sqq.: scriptum esse φιλονεικεῖν a νεῖκος ductum, cum sermo fieret de rixando, aemulando, contendendo, contra φιλονικεῖν ductum a νίκη nusquam aliud valuisse ac „victoriae cupidum esse“; itaque ex uniuscuiusque loci sententia diiudicandum esse, utra recta sit scriptura. Quae idcirco a me huc relata sunt, quia tantopere arriserunt Hultschio, ut non dubitaverit vir doct. plane contra auctoritatem tituli Pergam. 245 A, 7 retinere Pol. IV 49, 2 lectionem codicis A φιλονεικίαν (cf. praef. vol. II [2] p. VI sq.). Nec vero recte eum vidisse mihi persuasum est. Etenim, etiamsi concedam, acutissime totam quaestionem tractatam esse a Frankio, tamen sunt, quae valde obstent eius sententiae.

Primum quidem non sine causa in dubium potest vocari, num fuerit omnino in Atthide compositum φιλο- cum stirpe νεικ-. Erant νεῖκος, νεικέω vocabula maxime usitata illa quidem apud poetas et in Herodoti libris, sed admodum rara in Atticorum prosa oratione *). Attamen ponamus, aut ex Ionia illatas esse formas φιλονεικ-, aut ab antiquiore Attica dialecto haud ita alienam fuisse vocem νεῖκος: quomodo igitur explicandum est, quod semper exstat adiectivi forma φιλόνικος (vel in codd. saepe φιλόνεικος), dicta etiam de rixando, contendendo, nusquam invenitur φιλονεικής, quae sola forma derivari potuit a voce νεῖκος? Certe si quis facit cum Frankio, credet, iuxta adiectivum φιλόνικος (νίκη) in usu fuisse formam quandam φιλόνεικος, quae quidem originem traxerit a vocabulo apud Aeschylum obvio νείκη = νεῖκος; mihi quidem tale quid non probatur. Deinde iure quaeras, num re vera sit putandum id, quod Frankio visum est, fieri non potuisse in sermone graeco, quin eiusmodi verba composita adeo semper retinerent pristinam vim, ut nunquam aliud valere potuerit φιλονικία nisi i. q. „cupiditas vincendi“. Credamusne, ut hoc tantum afferam, βουθυτεῖν fuisse idem quod „boves immolare“

---

*) apud Platonem non legitur nisi uno loco Soph. 243, A.

Aristophani, qui dixit Plut. 819 βουθυτεῖν ὗν, ναυπηγεῖσθαι idem quod ναῦς πηγνύναι Herodoto, qui scripsit II 96 ναῦς ναυπηγεύμενοι, al. (cf. h. disp. p. 46 adn.)? Quid aliud fuit φιλοτιμεῖσθαι multis Platonis locis nisi „aliquid facio, contendo“ (sic Ast. in ind.)?*) Quae cum ita sint, non est, quod miremur, vocabula φιλόνικος, φιλονικεῖν, -ία pristinae notionis aliqua mutatione facta usurpata esse etiam de contendendo vel rixando. Ac reapse rem ita se habuisse, satis verisimile fit e titulis:

C. J. G. add. 3568 f $_{19|20}$ (decr. Peltenorum Phrygiae III fere a. Chr. saec.**)) legitur: ἐάν τινες βούλωνται τῶν ἐν ταῖς φιλονικίαις ὑπαρχόντων διακρίνεσθαι ἐπ' αὐτοῦ. Videmus, hoc loco idem fere significare φιλονικίαν, quod rixam. Similem notionem habes C. J. G. add. 2561, b, $_{35}$ (Pariorum? ann. 58 vel 57 a. Ch.), ubi exstat: τῆς δὲ προθέσεως ἡμῶν ἀκύρου γενομένης διὰ τὸ ὑπερβαλλόντως αὐτοὺς τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλονικίαν ἐνεστάσθαι, συνέβη τῇ ψήφῳ τὴν κρίσιν βραβευθῆναι. Cum voce σπουδή — si quidem recte supplevit Fraenkelius — coniunctum apparet, ut idem sit quod „eximium in aliqua re studium atque industria“ („löblicher Wetteifer“ Fraenk. p. 147): Insc. Perg. 245, A, $_{7}$ (in decreto oppidi Pitanes saec. II a. Chr.):

καὶ μὴ π(ο)ρρωτ[έρω σπουδῇ κα]ὶ φιλονικίᾳ ἐμφαν . . .

---

*) secundum Frankium videlicet nil valere potuit φιλοτιμεῖσθαι nisi „cupidum esse honorum“. Quam interpretandi rationem transferamus quaeso ad haec, quae mihi praesto sunt Polybii verba II 42, 6, et videamus, quinam evadat sensus: (οἱ Ἀχαιοὶ) ἀντὶ πάσης τῆς ἑαυτῶν φιλοτιμίας, ἣν παρείχοντο τοῖς συμμάχοις, ἀντικατηλλάττοντο τὴν ἑκάστων ἐλευθερίαν = pro omni sua honorum cupiditate, quam praebebant sociis, etc. Certe si adhibemus Frankii illam vertendi rationem, hoc quoque loco non minus efficitur „ridicula oratio“ atque ea est, quam prodituram esse credidit Fr., si quidem scriberetur Pol. IV 49, 2 φιλονικίαν pro φιλονεικίαν (cf. Fr. l. l. p. 472). Putemusne ergo mutandam esse lectionem φιλοτιμίας? Immo vero non perspexit Fr., quaenam vis saepe subiecta fuerit eiusmodi vocibus. —

**) antiquiorum temporum me nulla invenisse exempla, valde doleo.

Neque aliter res se habuisse videtur in Mylasensium decreto (ex litterarum forma saeculi, ni fallor, II vel I) Athen. Mitt. XIV, 109, ubi haec servata sunt:

. . . . τας εὐσεβῶς καὶ ὁσίως δ . . . | . . [φι]λονικίαις σπεύδων πάντας. —

Uno tantum loco repperi φιλονΕΙκίαν, qui est C. J. G. add. 2561, $_{11}$ (vide supra): . . . . φιλονεικίαν καὶ πλεοναζο — . . . Quae scriptura fortasse nulla certa ratione adhibita fluxit, sicut ἡμεῖν, sim., ex itacismo vel lapicidae vel eius, qui conscripsit exemplar (cf. h. d. p. 67 adn.), sed magis mihi inclinat animus, ut aliud credam. Etenim aetate ea, qua idem quod I sonare coepit EI facile videlicet nonnumquam fieri potuit, ut hominibus Graecis, cum usurparent vocem φιλόνικος etc. de rixando, aemulando, in mentem veniret poetici illius vocabuli νεῖκος*). Quod cum crederent latere in vocibus illis compositis, litteris etiam interdum falsa ducti etymologia expresserunt; sic scripta sunt φιλόνεικος.

Sed ut ad finem perveniam, semper apud antiquiores scriptores restituendae sunt formae per I scriptae; apud posterioris aetatis scriptores, etsi satis est verisimile praevaluisse formas φιλόνικος etc., tamen utra recte se habeat unoquoque loco vix poterit ad liquidum perduci.

Nec vero aliquantulum tribuendum est hisce in rebus codicum auctoritati; ac ne quis credat, Vaticanum illum (A) quasi instar esse Polybiani chirographi, haece proferam, quae in eo leguntur:

παραλειπεῖν (sim. al. pro παραλιπεῖν etc. cf. I, 4, $_4$), χορηγεῖα (pro χορήγια I, 17, $_5$; 18, $_5$); διέξειμεν (διέξιμεν IV, 1, $_3$); μήδεια (Μηδία V, 44, $_3$); ὑδρεία (i. q. ὑδρία V, 88, $_6$) — ὀρινῶν (pro ὀρεινῶν I, 39, $_{13}$); ἀργυρῖα (ἀργυρεῖα III, 57, $_3$); ἐπετίων (ἐπετείων III, 107, $_1$); συνιδέναι (συνειδέναι IV, 22, $_7$), προάστιον (προάστειον IV, 78, $_{11}$), al. Consulto omisi talia, qualia sunt οἰκεία (οἰκία

*) talia nimirum accidere solent temporibus iis, quibus ad veriloquium magis accomodatur uniuscuiusque vocis scriptura quam ad syllabarum sonum. —

IV, 35, 11); βλακία (βλακεία III, 81, 7); πρωτοπορία (-εία I, 76, 5, III, 53, 1; 7); ἡγεμονεία (-ία I, 2, 3; 20, 12; 63, 9), quia non satis constat, quae hisce in vocabulis fuerit κοινῶν scribendi ratio *).

Quae quoniam praemisi, breviter nunc e titulis illustrabo, quomodo scriptae sint Polybii fere aetate voces nonnullae, quae suffixi -ία ope ductae sunt a nominibus vel a verbis: μεγαλομερεία, etiamsi aliter visum est Hultschio vol. II² p. VII, restituatur Pol. I, 26, 9.

Legitur enim in titulis saeculi II:
Rang. II, 689, 41 (Eretriae), Bull. VIII, p. 122 (Deli), Bull. XIII, p. 273, 19 (Magnet. comm. cf. h. d. p. 25), Insc. Perg. 246, 26, 46 civit. Elaeae).
Nusquam in -ία cadit forma.

Recte me iudice W. Dindorfius (thes. s. v.) Polybio tribuit scripturam χορεία; exstat enim Insc. Perg. 245 C (cf. Fränkel p. 151), neque repperi formam χορία nisi in titulo quodam itacismi vestigia exhibente (cf. h. d. p. 67 adn.) Athen. Mitt. XIV, 370, no. 1, 3 (Olympi in oppido Cariae). Praeterea in eadem re dictum est etiam χοριεία: cf. Pap. Taur. Peyr. I, 1, Col. 4, 30 al., Pap. Lugd. G. 14. C. J. A. II, 1, 471, 28 (saec. I init.), Le Bas III, 332, 6 (Olympi).

Semper ultima syllaba scripta est litteris IA in voce κακοπαθία **):

Ditt. 193, 24 (Amorgi); Ditt. 246, 4, 23 (Sesti); Ditt. 247, 27 (Letaeorum); Ditt. 331, 10 (Carpathi); Le Bas III

---

*) adverbium αὐτανδρί (sic III 81, 11 ap. Hultschium al.) haud scio, an recte scriptum sit litteris EI in codice A; cf. Blass-Kühner I, 2, p. 303.

**) recte iudicat de eiusmodi vocibus, quae originem traxerunt a stirpibus in -ες exeuntibus, G. Meyer Gr.² § 115 p. 129 sq.: die auf -ία (sind) nicht auf lautlichem Wege aus denen auf -εία hervorgegangen, sondern es liegt eine Suffixvertauschung vor: -ία ist von den Ableitungen von o-Stämmen (z. B. κακία) auf die von -ες-Stämmen, denen -εία zukommt, übertragen worden. — Ceterum de forma κακοπαθία in titulis Atticis obvia cf. Meisterh. Gr.² p. 42.

2713[a] (Antioch. III); Le Bas III 394 et 395, $_{12}$; 398, $_{14}$, al. (Mylasae); C. J. G. vol. I ^{2}, 18, $_{2}$ (Megarae); C. J. G. 2347, C, $_{7}$ (Syri; ubi perperam Boeckhius: κακοπαθεία); C. J. G. add. 2561, b, $_{29}$ (Pariorum?); Ditt. 228, $_{20}$ (Lamps.) exstat ἰδιοπαθία. Perperam suppletum est Le Bas, insc. gr. et lat. cah. V no. 155, $^{29}|_{30}$ (incertae civitatis): . . . . οὐδεμίαν [φι]λοτιμίαν καὶ κακό[τητα . . . scribas: — κακο[παθίαν ὑποστειλάμενος vel sim. cf Ditt. 247, $_{27}$*) Quae cum ita sint, tantum abest, ut tribuam aliquid auctoritati tituli C. J. G. add. 2374, e, $_{22}$ (Pari „non antiqu. med. fere saec. I“), qui exhibet κακοπάθεια, vel ut credam, recte supplevisse Dittenbergerum, Syll 330, $_{8}$ (Coi saec. III) . . . . κακοπαθ]είας, ut semper etiam invitis codicibus apud Polybium scribendum esse mihi videatur: κακοπαθία (II 2, $_{9}$; II 25, $_{10}$, ubi A formam integram servavit; III 17, $_{9}$; III 42, $_{9}$ ubi recte A: κακοπαθίας).

Cum omnibus locis et apud Polybium (IV, 4, $_{2}$; XXVII, 2, $_{11}$ XXXVIII 11, $_{4}$ et $_{5}$) et in titulis (cf. Ditt. vol. II in indice p. 765 sq. et Foucart ap. Le Bas II 35 [a]) scriptum sit συναρχία (cf. τοπαρχία Pap. Louv. 16 al), non minus constanter Polybii aetate apparent litterae EI in voce ἐπαρχεία:

saec. II: Ditt. 240, $_{54}$ et $_{65}$ (Miles.); Ditt. 247, $_{32}$ (Letaeorum); C. J. G. 5361, $_{11}$ (Iud. Berenic.) C. J. G. vol. I ^{2} 2413, $_{1}$ (magistr. Rom.), al.

saec. I: Vier. XVI $_{75}$ XVII $_{29}$ Ditt. 263, $_{5}$ (Pergam.), cf. etiam Mon. Anc. (Mommsen, res gestae ^{2} p. 202). ἐπαρχία non inveni nisi in edicto Flavii Vespasiani (Kaib. 455) anno edito 434 p. Ch. Quapropter apud Polybium corrigenda sunt, quae exstant I 15, $_{10}$ I 17, $_{5}$ I 38, $_{7}$ II 19, $_{2}$.

Corrigatur etiam συνεργίαν Pol. VIII 35, $_{10}$. Etenim etiamsi non multum valet auctoritas papyrorum Louv. 30, $_{16}$ (συνεργείας), et 63, $_{163}$ (συνεργείας), quippe qui multa exhibeant

---

*) quid significet hoc loco φιλοτιμία, cognosces ex iis, quae disputavi p. 71; de notione vocis κακοπαθία (= labor) cf.: Jerusalem Wien. Stud. I (1879) p. 41, 47. —

contra rectam scribendi rationem exarata, maximi sine dubio momenti est locus quidam Pap. Lugd. D. $_{14}$ libelli accuratissime conscripti *): συνεργείας. —

Recte autem se habent apud Hultschium:

ζωγρία, quod semper exhibet cod. A exceptis locis I, 9, $_{8}$; 15, $_{2}$ II, 8, $_{2}$ V 94, $_{5}$; 95, $_{10}$. cf. Ditt. 247, $_{30}$ (Letaeorum): οὓς δὲ ζωγρίᾳ συνέλαβεν; et

ἐξοδεία, quod editum est IV 54, $_{8}$ invito codice A, VIII 26, $_{8}$ contra codicis F lectionem cf. C. J. G. 4697, $_{42}$ (Aegypt.) et ἐφοδεία ap. Ditt. 228, $_{26}$ (Abderae).

---

2) AI et EI:

Quae dicenda esse videantur de diphthongis AI et EI inter se commutatis, ita proferam, ut disputem de vocabulorum duorum formis diversis apud Polybium obviis σημεία — σημαία et ἔγγαιος — ἔγγειος (μεσόγαιος — μεσόγειος).

Valde adhuc dissentiunt v. d. de illius vocis forma genuina; ac quae novissime prodierunt sententiae, èae longissime me iudice a vero absunt. Quamobrem denuo pertractare hanc quaestionem non supervacaneum duxi.

Duplici autem utendum esse via ac ratione ad certum iudicium faciendum iamdudum est perspectum: primum enim necesse est examinare fidem codicum eorum, quibus tradita est forma quaelibet vocabuli σημεία — σημαία, deinde indaganda sunt et percensenda testimonia antiquiorum titulorum. Utrumque fecit Zacherus p. 41 sq. (de nom. gr. in -αιος, -αια, -αιον, Halis 1877), qui primus — monente Dittenbergero *) — in suspicionem vocavit σημαία scripturam unice ad illud tempus comprobatam ac receptam. Haece autem exponit:

---

*) idem valet de hoc papyro, quod in adn. dixi p. 15 de pap. Lugdun. B; nam ne hic quidem desunt subscriptiones. —

*) cf. etiam quae postea ipse Dittenbergerus adnotavit ad Syllogen no. 353, $_{138}$.

et apud Polybium et ap. Dion. Hal. in optimis libris ms. semper fere inveniri formam litteris EI scriptam; solum apud Plutarchum, cuius codices constet non magni esse pretii, praevalere σημαίαν. Praeterea in Monum. Anc. incisum esse 16, 5 σημείας, quae forma elisa littera I appareat etiam l. c. 15, 23 et 16, 3 (σημέας). Itaque σημεία pro principali forma esse habendam, praesertim cum corruptelae σημαία origo ita facillime possit explicari, ut ponamus, temporibus iis, quibus idem sonabant E et AI, formam, quae tunc fuerit, σημέα (= σημέjα) non aliter saepenumero transiisse in σημαία ac factum sit οἰκτείρω ex οἰκτίρω.

Quae cum in universum satis probabiliter sint disputata, tamen non persuaserunt Mommseno. Etenim in Monumenti Anc. maiore editione ea, quam iterum emisit 1883, breviter adnotavit (p. 202) ad locos illos, quos supra attuli: „ε pro αι constanter usurpatur in σημέα vocabulo . . . conferri poterit σημηαφόρος tit. Aegyptiaci C. J. L. III 6026*) aliaque plura inveniuntur similis corruptela exempla.“

Neque aliter visum est Hultschio, qui anno 1892 ed. Pol. vol. II[2] praef. p. IV sqq. fusius disseruit ad comprobandam scripturam σημαία. Concedit vero v. d., in optimis codicibus plerumque occurrere formas per EI scriptas, attamen non esse nullius momenti affirmat, quod duodecim locis in cod. F inveniatur σημαία, eademque scriptura bis exstet in Polybii fragmentis a Suida servatis; quin etiam inde concludendum esse censet, Polybium scripsisse σημαία. Nam qui natum sit totiens σημαία ex voce σημεία, vix posse satis demonstrari, contra admodum probabile videri, „similitudine vocabuli usitatissimi σημεῖον effectum esse, ut σημεία pro genuino σημαία librarii darent.“ E titulis praeter Monumenti Anc. locos unum affert e Ditt. Syll. no. 353 (cf. hui. disp. p. 24) repetitum: σημεία (v. 138); ita tamen de eo iudicat, ut hanc formam, quippe cui notio

*) nihil constat de huius tituli aetate; quamobrem quid iudicandum sit de scriptura σημηαφόρος, non poterit satis enucleari.

subsit vocabuli σημεῖον, non pertinere censeat ad cognoscendam scripturam vocis „vexillum“ scilicet vel „manipulum“ significantis; σημέα autem pro σημαία positum esse cum Mommseno putat. Itaque non dubitat, retinere vulgatam scripturam.

Quae quoniam praemisi, apparet, potissimum mihi esse inquirendum in titulorum testimonia, deinde, si comprobavero alteramutram formam, eruendum erit, quemadmodum cohaereat altera cum illa. Ac cum sint fortasse, qui sicut Hultschius dicant non esse adhibendum ad hanc quaestionem locum illum in inscriptione Lebadensi obvium, primo me convertam ad examinandam Monumenti Anc. formam σημέα. Sic enim etiam 16, $_5$ exstare in lapide, monendum est contra Zacherum et Hultschium, qui, cum credant scriptum esse l. c. σημείας secuti esse videntur antiquius illud Hamiltoni exemplum, non, quod Hultschio quidem praesto esse potuit, ectypum Humannianum. Nihilo tamen minus mihi non est dubium, quin erraverint, qui σημέα ex σημαία factum esse censent. Nam quicunque nuper egerunt de vocalibus AI et E (vel H, cf. Blass. Aussp.[3] 64, Meisterh.[2] 27) inter se commutatis, in eo, ni fallor, consentiunt, quod istam vacillationem ante II p. Ch. saec. in communi Graecorum sermone exstitisse negant.*)

Neque ipse quicquam inveni, quod infringere possit illam sententiam. Paullisper tantum haesitavi in formis, quas exscripsi ex Pap. Lugd. C. p. 118 (saec. II a. Chr.), col. 1, $_{15}$ et col. 2, $_{12|13}$ σεληνειήοις et στατηρειήους, quia notissimum illud suffixum -ιαιο- (cf. Lob. Phryn. p. 541 sqq., Zacher l. c. p. 244 sq.) latere in iis cum Leemansio putavi (cf. σεληνιαῖος ap. Georg. Sync. et στατηριαῖος ap. Theop. com. = Poll. 9, $_{59}$), sed aliter nunc iudicandum esse videtur. Etenim recte etiam in hoc papyro scripta sunt: καταβαίνουσα, ἐπειστρέφαι, οἶμαι, καί, καθῆσθαι, προσπαίζουσα, Πτολεμαῖος,

*) Blass Aussp.[3] 62 sqq., Meisth[2] 26 sq., Brugm.[2] p. 35, Meyer[2] § 113.

Minime huc pertinet, quod iam saec. II a. Chr. in verborum terminationibus quibusdam scriptum est E pro AI, cf. Blass p. 64.

αἵματος, παραγίνηται, μέλαινα; contra non raro illa aetate EI ante vocalem redditur littera H: cf. Insc. Perg. 158, $_{28}$ ἀτέλῃα (iuxta ἀτέλεια v. 28); Pap. Louv. 51, $_{10}$ διδασκαλλήῳ, $_{29|30}$ Ἀλεξανδρήᾳ; Pap. Louv. 40, $_{10}$ Σαραπιγήῳ = Σαραπιείῳ (cf. εἰς τὸ Σαραπιῆν Louv. 47, $_{20}$, vel Σαραπειῆν Louv. 58, $_{16}$); Pap. Louv. 63, col. 8, $_{18}$ παιδήᾳ; Pap. Lugd. O, $_{32}$ δανῆον; ceterum cf. Blass [3] 59 sq., Meisterh. [2] 37 sq. Quapropter satis est verisimile, σεληνειήοις et στατηρειήους scripta esse pro adiectivis in -ιειος desinentibus σεληνιεῖος et στατηριεῖος. Habemus ergo duas formas novas lexicisque addendas, quae natae sunt iuxta formas in -ιαιος non aliter ac factum est pro μηνιαῖος (Aesch. Str. Plut.): μηνιεῖος Louv. 62, col. 8, $_{11}$ (idem latet fortasse Pap. Louv. I, col. 15, v. 348, cf. Blass [3] p. 59, adn. 195), et pro μναϊαῖος (Lob. Phryn. p. 553): μναϊεῖος Pap. Louv. 10, $_{10}$ (cf. p. 187).

Quodsi elucet, ante saec. fere II p. Ch. nondum inter se confusa esse AI et E (H), forma σημέα non potuit originem ducere nisi a σημεία. Conferantur autem ἱέρεα (Meisterh.[2] p. 35, $_{14}$), πορέαν (Pap. Louv. I col. 2, $_{38}$, contra πορεία, ibid. col. 5, $_{117}$ et $_{123}$, cf. Blass[3] p. 59), sim.; nec non spectant huc, quae supra attuli ἀτέλῃα sim. Qui scribendi usus idcirco valuisse videtur inde a saec. fere II a. Chr. ad saec. fere I p. Ch. (cf. Meisterh.[2] p. 38, $_{22}$ et $_{23}$), quia EI ceteroquin tunc iam abierat in I, nec servabat antiquum sonum, nisi ante vocales (aut ante P cf. Blass[3] p. 59); hic sonus, quamdiu diversus erat a litterarum EI pronuntiatione illa ceteroquin usitata, aliis etiam litteris (E vel H) — nec tamen, ut mihi videtur, prorsus accurate — interdum exprimebatur.

Monumenti Anc. interpretis propriam fuisse formam per EI scriptam collegimus: manifeste apparet haec scriptura in Pap. Louv. 23, $_{5}$ (saec. II a. Ch.) σημείας (i. q. „manipulus", ut videtur). Neque hoc erit dicendum, cum multa insint scripturae menda in hoc papyro, mendose fortasse exaratum esse σημεία pro σημαία. Nam cur scripserit homo Aegyptius saec. II a. Chr. ἤλθῃ pro ἔλθῃ, ἀποκτῖναι pro ἀποκτεῖναι, οἱ δελφοί pro οἱ ἀδελφοί

sim., facile potest intellegi; contra qui factum sit temporibus illis σημεία ex σημαία, vix poterit satis comprobari*) nisi ei, qui cum Hultschio opinatur, formam σημεία, ubicunque inveniatur, ad similitudinem vocis σημεῖον depravatam esse pro genuino σημαία. Infirmissimo autem fundamento niti hanc sententiam, iam inde elucet, quod semper fere in optimis codicibus exstat σημεία eademque forma duobus occurrit in titulis, semel in papyris, sed σημαία neque in inscriptionibus neque in papyris adhuc est repertum, non est nisi in libris quibusdam manuscriptis iisque magnam partem deterioribus.

Sed quomodo ortum esse iudicemus illud σημαία? Sane si Zacherum sequemur, dicemus, temporibus eis, quibus eundem habebant sonum E et AI, pronuntiatum esse σημέα; itaque saepenumero accidisse, ut „saemea" redderent librarii litteris ΣΗΜΑΙΑ. At obstant nonnulla, quominus assentiar huic sententiae. Primum enim nusquam scriptum est posteriore aetate σημέα (vel σημήα) (contra exstat Pol. VI, 41, $_6$ in cod. F σημίαν); atque in universum post saec. fere I p. Ch. non iam positum esse -εα vel -ηα pro -εία, testatur Meisterh.[2] p. 38, $_{22, 23}$ (cum adn. 308, cf. etiam p. 35, $_{14}$). Deinde nusquam, quantum scio, exstant corruptelae ἀτέλαια, ἱέραια, sim., quas voces subiisse consentaneum est soni mutationem eandem ac σημεία. Quapropter tunc cum idem sonare coeperunt AI et E (saec. fere II p. Ch.), in vocabulo σημεία sicut ceteris in vocibus in -εία cadentibus in I transiisse credo sonum litterarum EI. Ergo e forma σημεία, ni fallor, non est ortum illud σημαία.

Quae si ita sunt, nil aliud relinquitur nisi, ut credamus, iuxta vocem per EI scriptam exstitisse vocabulum ex eadem stirpe suffixi -αιο ope formatum et praeditum eadem vi**). Confero autem suffixum -ιειο, ut supra vidimus, positum

---

*) cf. etiam quae recte exstant in eodem papyro καί, μάχαιραν, Πτολεμαῖον, ἐλαίου, nec non Πτολεμαῖς v. 19. —

**) fortasse etiam vocis σῆμα similitudo aliquo modo huc pertinuit.

pro -ιαιο nulla notionis diversitate effecta, nec non μουσαῖος, pro quo exstat μουσεῖος eadem significatione instructum, μελισσαῖος — μελισσεῖος, sim. (cf. Zacher p. 33). —

Protuli haec, non quo putarem, ex omni parte ita esse comprobata, quae exposui, ut tuta sint a quavis suspicione, sed ut Zacheri sententiae opponerem, quae maiore me iudice sunt fide digna.

Brevius dicam de vicissitudine formarum ἔγγαιος et ἔγγειος (μεσόγαιος — μεσόγειος, sim.). Quas inter formas hoc interesse asseverant, quicunque attigerunt hanc quaestionem*), ut illa fuerit Jonum propria (et Doriensium), haec Atticorum.

Minus constat inter editores, quae Polybii fuerit in hisce rebus scribendi ratio. Etenim cum Dindorfius (praef. ad Pol. I, p. L) semper restituendam esse censeat formam per EI scriptam, nunc ab Hultschio et Buettnero-Wobstio recepta sunt, quae exstant in codicibus: μεσογαίων etc. omnibus locis (nisi quod 23, 13, $_{11}$ — EI — traditum esse testatur Dind.), ἐγγαίους VI 45, $_{3}$, ἐγγείων XXXII 8, $_{4}$, ὑπογείων XXXIV 10, $_{4}$ (ex Athen. VIII p. 332^{a}). Quaeramus igitur, quid e titulis vel papyris possit enucleari:

Formae litteris AI scriptae exstant: sub finem saec. IV: Athen. Mitt. IX 59, $_{4}$ et $_{5}$ ἔγγαιος (Zeleiae, cf. hui. disp. p. 26 sq.).

saec. III: Peyron vol. I, pap. 1, Col. 5, $_{37}$ al. ἐγγαίου.

saec. III vel II: C. J. G. 2448, V, $_{7}$ (Therae), qui tamen titulus satis Dorice est conscriptus, ἔγγαιος. Insc. Perg. 158, $_{18}$ (litterae a regni Pergameni rege quodam ad Pergamenorum civitatem missae): ἐγγαίων;

sub fin. saec. II: Le Bas III 331. $_{10}$ (Olympi) τῶν ἐγγαίων;

priore parte saec. I: Ditt. 344, $_{23}$ (Ephesi) τῶν ἐγγαίων;

imperatorum temporibus: C. J. G. 5127, B, $_{20}$ μεσόγαια.

---

*) Zacher p. 113 sqq. Rutherf. Phryn. p. 357 sq. Blass-Kühner I, 1, p. 551.

Scripturam — EI — habent praeter titulum Atticum, quem Meisterh. p. 34, adn. 246 (C. J. A. II 603) attulit:

Titi Quincti Flaminini epistula, Vier. I (= Ditt. 202), $_9$ ἔγγειοι; titulus Calaureus Le Bas inscr., cah. V 286, $_6$ (quo secundum Le Basium continetur decr. Amphictyonum compositum tunc cum Atheniensium auctoritas valuit in hac insula; sunt autem servata in huius tituli sermone ᾱ Doriensium proprium, δόμεν, sim.): μεσόγειον. Pap. Lugd. U, Col. 3, $_{14}$ (saec. II a. Chr.) legitur μεσόγεον, quod non posse scriptum esse pro μεσόγαιον, ut Leemansius coniecit in adnotatione, supra exposui (cf. etiam, quod saepius scriptum est in hoc papyro: Ἀγύπτῳ pro Αἰγύπτῳ); itaque plane eadem ratio intercessisse videtur inter μεσόγεον et μεσόγειον ac quae fuit inter σημέα et σημεία.

Quae cum ita sint, videmus, praevaluisse in sermone communi formas Ionicas; nec tamen prorsus exstinctus fuit usus formarum per EI scriptarum, quippe quae non solum resederint in Attica, sed etiam videantur ultra Atticae regionis fines esse propagatae intermixtaeque formis vulgaribus. Recte ergo unoquoque Polybii loco Hultschius retinuit, quod in optimis codicibus est traditum.

---

3) In fine huius capitis pauca addere libet ad ea, quae exposuerunt Lobeckius (paral. II, diss. VI, ad Phryn. p. 249, 445 sq.), Cobetus (var. lect. p. 85 et al.), Osthoffius (Morphol. Unters. IV p. 135 sq.) de nominibus in -μα, quae ducta sunt a s t i r p i b u s d e s i n e n t i b u s i n v o c a l e m b r e v e m; diligentius de universa quaestione alio fortasse tempore erit agendum.

Exstant apud Polybium: ἔκθεμα XXXI 10, $_1$, δέμα VI 33, $_{11}$, ceteris tamen locis semper habent codices ἀνάθημα, σύνθημα, sim. excepto hoc uno VI, 34, $_7$, ubi cod. F exhibet συνθέματος; XV 25, $_{16}$ occurrit πρόδομα; nominum in -ιμα aut -υμα nom. vel acc. sing. exemplum inveni X 1, $_3$ (cf. II 16, $_8$), idque paroxytonum, κλίμα.

In titulis saec. III initio antiquioribus nusquam, quantum sio quantumque e scriptura potest diiudicari, non leguntur formae, quae paenultimam habent productam: Ditt. 76, $_{24}$ (Mylas.), Ditt. 333, $_{8,\ 32,\ 47}$ (Eleusis), Ditt. 427, $_{51}$ (Piraeus) Ditt. 138, $_{5}$ (Samothrace): ἀνάθημα; Ditt. 352, $_{51}$ (Piraeus): ὑπόθημα; Cau[2] 177, $_{25}$ (Rhodus): ὑποδήματα; ἔκπωμα cf. Meisterh. p. 20, $_{18}$ (adn. 114), al.

Post initium saec. III non raro etiam brevem habes paenultimam:

Atque Deli, in insula, sub finem saec. III exstitisse videtur forma ἀνάθημα. Nam in titulo a. 279 exarato Bull. XIV p. 403 sqq. semper scriptum est ἀνάθημα; contra Bull. II 322 sqq. (saec. II) iuxta ἀνάθημα occurrit ἀνάθεμα, quae forma sola adhibetur Ditt. 367 (a. 180 a. Ch.).

Praeterea inveni ἀνάθεμα sim. hisce in inscriptionibus saec. III conscriptis:

Ephem. 1883, p. 211—212, $_{7,\ 59}$ ἀν(ά)θεμα (Epidauri; de tempore cf. Kabbadiam p. 219: ἐκ τοῦ σχήματος τῶν γραμμάτων κτλ . . . εἰκάζω, ὅτι ἡ ἐπιγραφὴ αὕτη ἐχαράχθη κατὰ τὴν Γ' π. Χ. ἑκατ.); Bull V p. 223, $_{16}$ (Cos) εὑρέματος; Cau[2] 161, $_{60}$ (Cos) ἐκχθέματα; Ditt. 184, $_{8}$ (in Amphict. Delph. decr.) ἀναθέματος; Insc. Perg. 40, $_{20}$ ἀναθέματα, In tit. Orop. C. J. G. vol I[2] 303, $_{40}$ al. exstat ἀναθεμάτων, sed $_{52}$ ἀναθημάτων.

Saeculi III vel II est tit. Iliensis C. J. G. 3599, qui exhibet $_{13}$ et $_{15}$ ἔνθεμα.

Saeculo II compositi sunt tituli: Ditt. 233, $_{30}$ (Delphi) ὑποθέματι; Ditt. 353 (Lebad.), $_{2}$ ὑπερεύρεμα, $_{68,\ 78,\ 170}$ δέματα; Ditt. 246, $_{81,\ 82}$ (Sestos) θέματα; papyri: ed. Wilck. VI 14 πρόδομα; Pap. Louv. 62, col. 3, $_{13}$ et col. 6, $_{10}$ ἀφεύρεμα.

Saec. I habet tit. Andan. (Ditt. 388): ἀνάθεμα ($_{88}$ et $_{89}$), ὑπέχθεμα ($_{59}$), ἀνάδεμα ($_{22}$, contra $_{23}$ ὑπόδημα). Aetatis incertae sunt: C. J. G. 2693^{d}, $_{11}$ (Mylas.) ἀναθέμασιν, Le Bas III 422, $_{8}$ (Mylas.) ἀποθέματα.

Quae cum ita sint, non est, cur improbemus, quae Lobeckius l. c. exposuit nixus et veterum grammaticorum auc-

toritate et multis exemplis a se allatis: in universum quidem formas illas paenultima brevi instructas bona aetate abhoruisse a sermone fortasse omnium Graecorum, certe ab Atticorum. Quae sententia recepta est a plerisque, qui postea iudicium fecerunt de hac re: Cobeto l. c., Kühn.-Bl. I p. 308, G. Meyero § 34, 4, Rutherf. Phr. 319, al. Solus Osthoffius l. c. contrariam secutus opinionem credidit, antiquissimis iam temporibus stirpes cadentes in vocalem brevem adhibitas esse ad fingenda nomina in -μα. Nec vero exemplis comprobanda suscepit, quae coniecit; atque adeo, quod unum attulit antiquius exemplum ἄνθεμα (hymn. Hom. in Ven. VI 9) errorem demonstrat viri doctissimi. Etenim ab ἄνθος repetenda est huius formae origo (ἄνθεμον = flos cf. Baumeister, Hom. Hymn. p. 337), non ab ἀνάθημα.

— Videntur igitur inde a saec. fere III in communi Graecorum sermone iuxta veteres fuisse novae istae formae, quas Polybius, ni fallor, non admisit nisi in nominibus fictis post annum c. 300 (ἔκθεμα, δέμα, κλίμα, πρόδομα).

Quanam autem in regione coepta sint usurpari vocabula ἀνάθεμα, δέμα, etc., hoc videlicet vix poterit erui. Certe nil tribuendum erit Bureschii (Philol. LI 1892 p. 91) hisce verbis: „Eine hervorragende Eigenschaft besonders der aegypt. Mundart war die Vermengung von η u. ε . . . . Hierher gehört auch die grosse Masse der bei den 70, wie überhaupt bei den Hellenisten, ungemein beliebten . . . Neutra auf -ημα, welche aber alexandrinisch (und weiterhin überhaupt hellenistisch) in Wirklichkeit meist -εμα lauten.“ (sim. Schmiedel § 5, 19 et adn. 38).

Primum enim non est, cur credamus, praecipue „Aegypticae“ cuiusdam dialecti propriam fuisse confusionem illam litterarum H et E. Deinde, etiamsi haud ignorem scriptum esse etiam συστεμάτων (Ditt. 253, 38, Ephes. saec. I), tamen non videtur verisimile, ortas esse formas ἀνάθεμα etc. simplici pronuntiandi vitio.

Ceterum quae habeo de litteris consonantibus, de vocabulorum flexione et constructione, suo tempore sequentur.

Vita.

Otto Glaser natus sum Gissae a. LXXII pridie Nonas Maias patre Emilio, matre Maria de gente Geist; fidem profiteor evangelicam.

Primis litteris cum a patre ipso imbutus essem, anno LXXXI sextae classi gymnasii Gissensis discipulus sum ascriptus.

Frequentavi hanc scholam usque ad vernum tempus anni LXXXIX, quo anno — patre praematura morte absumpto — Budingam cum matre demigravi. Maturitatis testimonium in hoc oppido adeptus a. XC Gryphiswaldiam me contuli, ut operam navarem studiis philologicis. Docuerunt me per ter sex menses v. d. v. d. Maas, Marx, Preuner, W. Schulze, Schuppe, Seeck, Zöckler. Anno XCII receptus sum in numerum civium academiae Gissensis, atque audivi v. d. v. d. Behaghel, Gundermann, Höhlbaum, Oncken, Philippi, Reitzenstein, Schiller, Joh. Schmidt, E. Schwartz, Siebeck.

Seminarii philologici exercitationibus interfui per tria semestria sodalis ordinarius.

Restat, ut maximas agam gratias cum ceteris viris, qui me adiuverunt in hac dissertatione conficienda, W. Schulzio, Reitzensteinio, Gundermanno, tum Eduardo Schwartz, cui quantum debeam, nunquam obliviscar. —

Gp 95.242
De ratione, quae intercedit inter s
Widener Library 004993356
3 2044 085 162 493